

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Terenti Varronis de lingua latina libri

Varro, Marcus Terentius

Berolini, 1885

Vorwort (Leonard Spengel)

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-5449](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-5449)

LEONARDI SPENGELI PRAEFATIO.

Varronis editionem anno MDCCCXXVI emissam altera sequitur priore emendatior, sed ita emendata, ut libere profitear me in emendandis his libris parum aut nihil potius profecisse*) omni modo adnsum, ut alii vera quae sint investigare possint; nolui enim haec antiquitatis fragmenta incertis meis aliorumve commentis inquinare, nec in vulgarem aut in elegantiorum hominum usum, sed ut docti quae restarent ad emendandum perspicerent et codice adiuti meliora reddere conarentur hanc operam impendi. illi ut omnia sint plana et aperta nec quicquam legentes retineat requirunt, hi quae antiquitus sint tradita sive integra sive corrupta, ut ipsi rem examinent et vera invenient, scire cupiunt. qua in provincia administranda his usi sumus subsidiis:

F = Florentino (Laurent. LI. 10),

f = Florent. (Laur. LI, 5),

G = Gothano,

H = Havniensi,

M = Guelferbitano,

V = Vindobonensi.

a = Parisiensi 7489,

b = Parisiensi 6142,

c = Parisiensi 7536,

p = Basiliensi,

B = incerto, cuius varietatem Victorius in Gryphiana adnotavit.

His Varronis de lingua latina fragmentis quae fortuna fuerit, paucis referemus. Ex codice F saeculi XI, qui solus ea servavit, saeculo XV male descripta — nam lectu difficilis est — renascentibus litteris Itali docti cupide arripiebant in iisque restituendis magno cum studio versa-

*) Haec cum modestius quam verius sint dicta, et meo iudicio nisus et a Christio v. d. admonitus non paucas patris mei coniecturas, quas ipse in notas relegaverat, in ipsum verborum ordinem recepi. ASp.

bantur. Primus hos libros anno MCCCCLXXI Pomponius Laetus interpolato codice usus aliis recte aliis male refectis vulgavit, quem posteriores paucis bene mutatis secuti sunt usque ad Antonium Augustinum, qui anno MDLIV et MDLVII quam dicunt vulgatam scripturam tradidit; is auctoritate nisus libri quem ingeniosus homo sub finem saeculi XV vel initio XVI summa audacia et temeritate composuerat, novum et ad vulgarem dicendi rationem restitutum emisit Varronem; nihil enim fere erat, quod legentes offenderet; adeo omnia quae antea rustica et perversa et corrupta legebantur evanuerant et tersa levigata correctae circumferebantur, ut novus Varro ad vivos rediisse et videretur et diceretur. Nos, qui Laeti editionem cum vetusto illo codice F a Petro Victorio MDXXI collatam itemque varietatem illius libri quo Augustinus usus est ab eodem Victorio enotatam in bibliotheca Monacensi invenimus, incredibili interpolatione statim cognita anno MDCCCXXVI nitido Augustini Varrone iterum in hirsutum illum et rudem laceratumque, qualis antea fuerat, mutato quae esset via incunda ad veram et rectam emendationem horum librorum demonstravimus. Neque id frustra a nobis factum est; paulo enim post anno MDCCCXXXIII Odofredus Müller secutus est, qui multis locis egregie restituit Varronem, quo vulgo apte uterentur, edidit. Interea aliis quoque codicibus excussis maiore cum cura factam collationem vetusti libri F adepti Victorium multa minus recte enotasse, quibus et nos et alios a vero seduceret, repperimus neque indignum nobis videbatur hoc auxilio adiutis sagaciores et ingeniosiores ad restituendum Varronem denuo invitare. iam his in universum dictis singula exponemus.

I.

Codex Florentinus saec. XI fol. 1—34 Varronis de lingua latina libros continens, quos Ciceronis oratio pro A. Cluentio sequitur et ars rhetorica ad Herennium, non modo vetustate antecedit ceteros — ceteri enim omnes saeculo XIV inferiores sunt — sed eo maxime praestat, quod ex hoc reliquos descriptos eumque solum fontem ex quo verum hauriamus esse constat.¹⁾ Varietatem huius libri Petrus Victorius a. MDXXI principi editioni adscripsit, qua nos in priore editione

1) Primus monuit Angel. Mai praef. Cic. de rep. p. XX: '*codex omnium parens et antiquissimus*', postea C. Lachmann, vid. Ueber die Kritik der Varronischen Bücher de l. l., ubi plura de hoc codice eiusque auctoritate p. 1—15 disputavimus. Quod M. Haupt censet (Hermes I, 44) Rhabanum Maurum hos Varronis de l. l. libros legisse, fallitur; quae enim de computo cap. 3 extant . . . centussis, post quem numerum teste Varrone non componuntur cum asse numeri, a Prisciano qui totum Varronis locum V § 169—74 exscripsit, accepta refert.

Main body of faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

A second block of faint, illegible text located in the lower half of the page.

A third block of faint, illegible text at the bottom of the page.



Partial view of text from the adjacent page on the right.

usi sumus; is integrum codicem invenerat; nunc enim excisus est secundus quaternio octo comprehendens folia (i. e. V § 118—VI § 61 *trua quod travolat . . . dicendo finit*); contulit deinde a. MDCCXL Hieron. Lagomarsini, cuius exemplum Niebuhrii liberalitate in Lachmanni usum cessit; tum nostra aetate summa cum cura Henricus Keil evoluit nobisque varietatem diligentissime enotatam a. MDCCCLI obtulit, ut si nunc rectius et certius quam antea de hac re iudicare licet, id optimi viri industriae et humanitati debeamus. Ubi vetustum exemplar deficit, apographum Laurent. LI, 5 quod proxime fontem accedere videtur (f.) adhibuit, cuius in calce notatum est: *Antonius Marii filius Florentinus civis absolvit Florentiae XIII Kal. Octobr. MCCCCXXVII.**)

Ei codici rhetorica ad Herennium et oratio pro Cluentio adhaerent, quorum illa optimis libris qui nobis supersunt neque praestat neque aequatur, oratio vero pro Cluentio deteriorem sequitur familiam, ut Varronis libros de lingua latina in hoc uno nobis servatos cum omnibus mendis et erroribus immunes correctorum manibus descriptos esse iure sit praedicandum. Quodsi iam Florentinus eam quam in B reperimus censuram perpessus esset, nemo verum investigando et coniectando eruere posset; nunc vero cum verba misere corrupta a librario cum fide sint depicta, in emendando via et ratione progredi et quo quis maiore ingenio et industria pollet, eo felicius pristinam auctoris manum restituere licet; quae enim insunt interpolationes, cum explicandi causa saepius quaedam invita Minerva addita essent, casu magis quam consilio ex margine illatas esse dixeris.

Ultimo folio editionis principis in bibliotheca Monacensi servatae haec adscripta leguntur:

Petrus Victorius ac Iacobus Diacetius contulimus cum vetusto codice ex Divi Marci bibliotheca litteris longobardis exarato tanta diligentia seu potius morosa observatione ut vel quae in eo corrupte legebantur in hunc transtulerimus. Die XIII Aprilis MDXXI.

Hoc testimonium nos olim ad novam horum librorum recensionem publicandam incitavit eique confisi et ea quae a Victorio mutata erant et quae non mutata relinquebantur, ad codicis fidem probe esse redacta censebamus. Accepta varietate quam Henricus Keil summo studio ad Mülleri editionem curaverat, permulta ab illa Petri Victorii discrepare animadvertimus, quibus omnibus notatis integram collationem filio nostro Andreae, qui Florentiae codice excusso litterisque appictis rem disceptaret, tradidimus; sic plus centum locis Italum Victorium lapsam, Germanum nostrum Henr. Keil verum vidisse docti sumus, quod quomodo sit factum, paucis his exponemus.


*) Eo ipso anno quo vita excessit pater meus novam collationem codicis F publici iuris fecit Adolphus Groth, de quo supra dixi. ASP.

Saepe Victorius vocabulo *omnes* vel *omnis* litteram *i* vel *e* suprascripsit, quod *omneis* interpretati ubique olim in textum recepimus, at in F numquam vocabulum tertiae declinationis in . . *eis* finitur, extat ibi *om̄s*, *om̄is*, *ōis* (ut *ōia* et *om̄ia* i. e. *omnia*). quodsi Victorius *om̄s* significare *omnes* putasse censeas, alterum vero *om̄is* *omneis*, tertium denique *ōis* *omnis*, tamen sibi non constat. itaque ne quid dubii sit, ubi in F *om̄is*, *ōis*, *om̄s* extet adnotavimus. Quod frequenter in hoc vocabulo factum est, in aliis quoque multis accidit, ut V § 75, ubi Laetus *immortales* scripsit, Victorius *i* supraposuit nec *e* delevit, unde *immortaleis* olim recepimus, est vero in F *immortalis*. atque hoc semel monitum sufficiet, nam quae nunc exhibemus, ea omnia in F sic scripta extant.

Victorii auctoritate freti formam perfecti — *ere* pro — *erunt* olim probavimus, ut V § 13 *prodire*, V § 101 *tulere* § 120 *dixere*, quae in ceteris codicibus merito non apparet; nam nata est ex compendio male intellecto, v. c. *tulerx* quod est *tulerunt* non *tulere*; interdum hoc etiam veteres librarios fefellit ut VIII § 23 F *vocar* i. e. *vocarunt*, ut recte G H a, non *vocant* quod ceteri praebent. inde fortasse etiam varietas X, 55 *ostendunt* et *ostenderunt* explicanda est. similiter Victorius X, 9 ex indicativo male coniunctivum reddit *vitaverint aut inceperint*, est apertum indicativi compendium, et IX, 108 *asserint* corrigit, quod *asserunt* est; VIII, 84 Laetus *qui eos liberaret, succedere cepit*, Victorius . . *liberarint* . . *ceperit*; est vero in F . . *liberarunt* . . *ceperunt*, et ibidem *debuerunt* corrigit in *debuerint*, F *debuex* id quod Laetus exprimit, ergo idem compendium modo . . *ere*, modo . . *erint* interpretatus est. X, 9 *scripserunt aut vitaverx aut inceperx* primum integre exaratum est, reliqua duo aliud sonare censens *vitaverint aut inceperint* ex codice adnotavit.

In F dilucide *idem* atque *id est* distinctum est, illud *idē*, hoc *idē* exaratur, unde larga in reliquis evenit varietas, conf. V, 59 *idē solē*, i. e. *idem solem*, ubi alii *id est sol est*, VI, 69, VII, 31, 39, 105, 108. Compendio cum haud raro scriptum sit . . *ū*, factum ut alii . . *um*, alii . . *us* legerent, velut VI, 74 *vades* M Laetus, quod est *vadem*, VIII, 17 *a candido candidius candidissimum*, ubi M V p *candidissimus*, scil. in F est *candidissimū* quod Victorius . . *us* legit, itaque p etiam *candidior* praebet. notandum VII, 401 *obrutus* in Ennii versu, ubi Viet. *obrutum*; fuit vero primum . . *um*, post factum . . *us*. V, 135 *coum* ex F in *cous* mutans lapsus videtur, nam apographa omnia *coum* tenent. X, 74 F *secundam omnē singuli*, unde Viet. *omnes* refert, ad sensum quidem recte, pessime ad scripturam quod attinet, quae in omnibus eadem est, scilicet *omnem*.

Idem compendium optimum Italum in voce analogia fefellit; sane extat *analogian* in F IX, 113 et 114 (sic et Mp), at IX, 88, 100, X, 2, ubi Victorius *analogiā* mutat in *analogian*, in F extat *analogiā* id est *analogiam*. in hoc vocabulo etiam alii mutant, ut *analogian* praebent IX, 90 H p, IX, 95 H.



post
rins
civ
VII.
id es

vari
sunt

hova
alm
pe
proh
...
just
par
am
VII.
am
pau
pall
hew
&
et
ca
u
les
sta
aut
ver

Ita
rap
Ri
que
an
un
exp
pe
r

int
exp

In numero interpretando plerique sunt lapsi VII, 3 *Teucer Livii post annos XII a suis qui sit ignoretur*, sic M, Laetus nec Victorius mutavit, in F vero est *XU* id est XV, item VII, 88 *et nos dicimus XII viros* ceteri praeter F, in quo *XU* i. e. Quindecimviros. VII, 44 *simulacra hominum XXIII* omnes praeter F, in quo *XXUI*, id est XXVII; conf. Keil Mus. Rhen. VI, 143.

Haec sunt levia quae facile accidunt, nec mirum in tanta lectionis varietate interdum aliquid confusum aut minus recte traditum esse, sed sunt multo graviora, quae quomodo fieri potuerint non video.

V, 6 *qui animadverterit scrutari facilius origines patietur verborum* sic Laetus; Victorius ex F *facilius se scrutari* unde *patientur* olim coniecimus, at nullum in F pronominis *se* vestigium apparet, neque in ceteris codicibus, qui eum maxime sequuntur, invenitur, ut probabile sit *poterit* scribendum esse pro *patietur*. V, 35 F *vehebant . . convehebant*, non *vehebantur . . convehebantur*. V, 38 F *fit*, non *fiat*, idem etiam § 115. V, 28 *ambit*, non *ambiat*. V, 62 *ex utraque parte*, non *utroque*. § 104 *res eae*, non *res et eae*, § 115 *umboneis*, non *umboneis quod*, atque ut e posterioribus libris quaedam afferamus, VII, 84 *antiqui*, non *antiqui qui*, IX, 43 *sint*, non *sint et*, ibidem *facit*, non *faciat*, IX, 44 *extrema*, non *externa*, ut tres sint errores intra paucos versus, IX, 47 *pulvinos*, non *pulvinas*, § 50 *pollicetur*, non *polliceatur*, § 68 *dixerunt*, non *dixerint*, § 90 *prenderit*, non *prehenderit*, 113 *similia*, non *similia et*, X, 8 *lepus et*, non *lepus aut*, § 25 *constet*, non *constet et*, § 37 *collatae*, non *allatae*, 48 *lego et*, non *lego*, 51 *serve . . cerve*, non *serve . . cerve*. Haec Varronis causa dicta sufficiant, ne quis nos optimum et doctissimum virum, cui si ulla penes posteros nostri futura sit memoria, debemus, quattuor fere seculis peractis quod in iis, quae suum in usum summo cum studio et labore contulerat, interdum sit lapsus, vituperare censeat. nunc omnia correcta et codicis scriptura in medio posita est, ut cuivis veram viam ingredienti ceteris palmam praeripere liceat.

Codicis longobardis litteris exarati singula folia versibus XL constant. scriptum est *grecus*, *rephendere*, *triptilus*; compendia sunt plerumque nota, e quibus minus vulgaria haec afferimus: *dicim*; (dicimus), *di \bar{x}* (dixit), *d \bar{r}* (dicitur), *d \bar{n} r* (dicuntur), *q \bar{d}* (quod), *q \bar{q}* (quoque), *a \bar{u}* (autem), *s* (sunt), *u \bar{t}* (vel), *e \bar{z}* (eius). Praepositiones, saepe etiam conjunctiones et copula sequenti vocabulo adhaerent; recentiores librum non interpolaverunt, et ipsae illae paucae mutationes quae insunt, haereas num alia manu sint factae. initio margini alia vetusta manus verba quae explicantur apposuit, ut *pertinacia perseverantia*, *hostis perduellis*, *inpos*, *quid locus pretium in locarium*, eademque locis corruptis litteram *r* vel *R* addidit.

Litterae codicis inter se conexae saepe lectu difficiles sunt, ut interdum dubites quid librarius voluerit, qua in re ceteri codices rem expediunt; velut litterae *a* et *t*, v. c. VII, 44 F *ares*, Victorius *tres*,

VII, 65 Victorius *rittabilē* ex F, Keil *riatabillē* laudat*), nec facile discerni posse utrum verum sit monet Andreas, sed nullus ceterorum codicum librarius litteram *a* agnovit, vid. varietatem; paulo post Victorius *tuscauripeda*, Keil**) *auscauripeda* idque omnes ceteri tenent codices; V, 52 M Laetus *turaculum*, non *auraculum*. VII, 104 Laetus *tritides*, F *trittiles*, MVpB *triatiles*, VIII, 51 *tetigi* mutat Victorius in *attigi*, in litteris dignoscendis errans; est enim *tetigi*. VII, 104 *fringuttis* F, *fringuatis* alii, VII, 108 Vp *aunicularia*, non *tunicularia*. haec causa est, cur quod mireris, *autem* (*aū*) et *tum* (*tū*) mutentur, quod posterius IX, 114 MVp exhibent. similiter VI, 87 MV Laetus *autem*, p aī, VIII, 24 MB Laetus *aut*, non *tum*; V, 131, VI, 22, 58, VIII, 24, IX, 16, 33, 63, 114.

Antiquas verborum formas *quom*, *quouis*, *quoi*, *quor* librarius codicis F fugit, quorum primum *quom*, frequentatum in H, nusquam fere dilucide in eo scriptum est, sed certa eius supersunt vestigia: VII, 4 *praesertim quō dicat* et sic MVp, ceteri *cum*. VIII, 69 ceteri

omnes *cum* ^{con} *quaeratur*, F *quō queratur*, IX, 41 *quo alterum* cum ceteris, *cum* vulg. *quom* iure Müller. VII, 42 *quo dicitur*, vulg. *quom*, IX, 108 *quo similitudo*, vulg. *quom*, X, 77 *tum qm̄* (*quoniam*), recte vulg. *quom*, X, 8 *quod cum utrumque habeat*, quod nihil aliud est nisi *quom utrumque*, VIII, 1 *quom ratio*, hoc est *quomodo*, cum sensus *quom oratio* flagitet. *quouis* scriptum extat VIII, 44, IX, 43, X, 3. corruptum legitur V, 6 *qui cuiusmodi* pro *quouismodi*, ubi *qui quouismodi* GHa. Dativi vestigium restat IX, 34 *quoque fabro* pro *quoque*. Vetustum *quor* scriptum legitur VIII, 68, 71, sed librario ita peregrinum videbatur, ut *cur* supra poneret. id interdum *quor* scriptum invenitur, ut in *a* VII, 39, in G VIII, 2, 8, 68, 71, in H VIII, 1, 44. certum est VIII, 78, ubi in F *quod* corr. ex *quorum*, neutrum esse verum, sed *quor* reddendum, et fortasse idem latet IX, 77, vid. adnot. VII, 39 *quor* G, VII, 45 *quor* Ga, V, 147 *quoi* Ha.

Contractum vocabulum legitur V, 33 *Gabis*, ubi solus G *Gabiis*, V 49 *ab excubiis regis*, i. e. regis, 50 *Esquilis*, 98 *hostis*, 158 *Publicis*. non mutavimus 162 *Faleriis*, ubi *Phaleris* Laetus, quamvis Victorius taceat (in F folia illa desiderantur), *Faleris* G quod Müller probavit, quem vid. ad V, 33, Lachm. Lucr. p. 279. *Faleris* MVp Scioppius, VII, 34 Vp (F Groth) *misteris*, IX, 113 H *alis*. Nominativus *Cicuri* pro *Cicurii* VII, 91. Huc V, 56 *in tribum libro* non pertinet.***)

Multa praeterea antiquitatis in eo vestigia supersunt, ut mirus ille nominativus et accusativus V, 104 *lact*, ab ipso Varrone, ut videtur excusus, quem praeter F nullus e nostris servavit liber, qui omnes *lac*

*) *rittabiliae* Groth.

**) item Groth.

***) [Sed conf. adnot.]

First main paragraph of faint text.

Second main paragraph of faint text.

Third main paragraph of faint text.

Fourth main paragraph of faint text.

Fifth main paragraph of faint text.

Sixth main paragraph of faint text.

Seventh main paragraph of faint text.

exhibent. 1) item *pote*²⁾ V, 21 *potēVELILLINC*, unde haec ex libro maioribus literis exarato servata esse docemur. Dativo et ablativo primae et secundae declinationis pluralis numeri Antonius Augustinus formam *eis* reddidit, ut *heis verbeis*, item tertiae declinationis casibus, ut *omneis*, *mediocreis*, quem morem Ciceronis aetate in epistola ad Latinum Latinum vulgarem fuisse censet, addens: *hac ratione scribendi plerisque in locis Verrius Flaccus in Fastis est usus, quem nos imitati sumus in editione Varronis libri de lingua latina, secutique sumus in plerisque locis exemplum libri veteris Achillis Maphaei*. Iste Maphaei vetus liber qualis fuerit, nescio, sed quod dicit *in plerisque locis*, omni caret fide³⁾; nec tamen sine causa illud Augustinus fecit, et Varro longius progressus est; ipse enim nominativum multitudinis secundae declinationis in E et I finiri IX, 80 tradit, et in F multa eius rei supersunt vestigia, ut X, 50 *Boebieis*, *Boebieis*, VII, 44 *scirpeis*, VIII, 36 *Terentieis*, IX, 28 *hinnulei*, IX, 35 *iei*⁴⁾ et saepius, nominativus singularis etiam X, 10 *eidem* scriptus est, de quo vid. exempla in ind. Inscr. I, 582. I productum diphthongo EI scriptum Varroni esse docet VIII, 50 corruptum illud *infei inei. teis* quod Pomponius pessime in *his tribus* mutavit, nos *infeineiteis* latere vidimus. hinc facile quivis semel monitus plura refingere potest, v. c. X, 15 *voluntatem appello, cum unus quivis a nomine alio imponit nomen, ut Romulus Roma*, ubi Aldus primus *alio* reposuit, F *alie . . romae*, ut satis appareat auctorem dedisse *aliei imponit . . Romae*. sic IX, 65 non *utri* in F, sed *utre . I . .*, id est *utrei*. IX, 96 *legerem*, ubi *legi* requiritur, natum ex *legei rem*. Nos in Varrone hunc scribendi morem probantes, ubi codex suasit, talia recepimus, ubique vero hunc usum ex ratione, quam in edendis his libris professi sumus, sequi non licuit. sunt plura huius generis notatu haud indigna; Varronem *senatus*, *exercituis* et sic omnes huius declinationis genetivos scripsisse Gellius, Donatus, Nonius testantur; *fructuis* nunc legitur de re r. I, 2, 19, sed *fructus causa* III, 1, 9. 4, 2. 5, 1. 7, 2, ut mirer Augustinum parum sibi constitisse, qui hoc prorsus neglexerit, cum multi id genus genetivi in his libris inveniantur, ut V, 34, 134 *fructus*, 87 *senatus*, 88 *exercitus*, 162 *domus*, 181 *ensus*, VI, 67 bis *sonitus*, VIII, 28, 30 *usus*, 84 *magistratus*, IX, 80 *manus*. Exemplum huius genetivi Scaliger in verbis V, 132 *antiquissimi amictui ricinium*, ubi editi *amictus* exhibent, scribens *amictuis* invenisse sibi visus est, sed *amictui* Varroni vocabulum est quod non declinatur, conf. *indutui* X, 27. Certum vestigium

1) vid. quae de hoc diximus Philol. XI, 402. Pomp. ad Don. p. 233 Lind.

2) de re rust. I, 15, 1 *quod ubi id pote*, II, 2, 6 *nec non entor pote ex emto*.

3) an erat similis Victoriano B, ex quo Victorius V, 1 *hieis*, § 2 *hieis libreis*, § 6 *heic antiqueis* aliaque margini Gryphianae editionis adscripsit?

4) corruptum in *lei*, nam I longa littera etiam in hac minore scriptura saepius servata est nec desunt inscriptionum exempla.

extat IX, 4 *de copulis naturae et suis*, ubi *usu*s flagitari docuimus, et X, 73 *usui species videntur esse tres*, ubi item *usu*s reponendum esse apparet. nec minus recte X, 62 *cassuis* Müller pro *casus his* scripsit. De multitudinis numero dubitare licet; nos quidem IX, 95 et X, 30 pro *nominativom*, qui genitivus esse debet, *nominatuom* scribere ausi sumus, quemadmodum Lachmannus ad Lucr. p. 404 Varroni *magistratuom* reddit. ¹⁾

Sunt alia quoque quae codicis antiquitatem indicent singularia, ut V, 166, VIII, 44 *iam* (= eam), fere semper *Sauini*, ²⁾ *derectus*, *comune*, IX, 86 *deosum*, X, 52 *prosus et rosus*, VII, 110 *tepora*, VIII, 58 *teporis*, X, 41 *teporibus*, ³⁾ X, 83 *opufuit*, VI, 1 *loquuntur*, X, 71 *sequuntur*; item *Pacui* cum *i* longo, *Pacuius*, *Pacuium* pro *Pacui*, *Pacuvius*, *Pacuvium*, nisi librarii litteras repetendas male vitaverunt; nam quod in inferioris Italiae titulis et PAC et PAQ legitur exaratum, Varronem *Pacuium* scripsisse certo non demonstrat. ⁴⁾

Cum ex hoc fonte ceteri codices sint derivati, nullius fere sunt pretii ad artem criticam in hoc opere exercendam; tamen ne hi quidem prorsus sunt neglegendi; nam et librarii quaedam recte correxerunt et quae discrepant in principe editione a nostris libris, a Pomponio Laeto sive sua sive aliorum coniectura illata esse docent. Ex his Havniensem (H) G. B. Niebuhr contulit, Parisienses (a, b, c) Donndorfius, Gothanum (G) cuius collatio a Regelio instituta in Mülleri edit. p. 270—305 extat, nos anno MDCCCXXVIII evolvimus, paulo post Guelferbitanum (M), MDCCCXXXV Vindobonensem (V), Basiliensem (p), cuius usum viri clarissimi Dorothei Gerlach benevolentiae grato referimus animo, MDCCCXXXVIII.

Secundum quaternionem codicis F nunc desiderari querendum est; haeremus enim interdum quid ibi fuerit scriptum, cum apographa inter se differunt, velut maioris momenti ut asseram exemplum VI, 12 *dies Agonales per quos rex in regia arietem immolat, dicti ab Agone eo quod interrogatur a principe civitatis et princeps gregis immolatur*;

1) V, 73 *Castoris nomen graecum, Pollucis a Graecis; in latinis litteris veteribus nomen quod est inscribitur ut Πολυδῆύης Polluces, non ut nunc Pollux.* id simplici littera *Poluces* reddendum erit; antiqua enim forma extat in Ritschelii Mon. I n. 55 his litteris *POLOCES*.

2) Vulgaris scribendi forma *Sabini* est V, 32, *Sabinis* V, 73, 74, 107, VII, 29, *Sabinum* V 73, 74, 123. altera vero his locis in codicibus apparet *Sauina* V, 66 F ras. Vp, VII, 28 FMVp. *Sauini* V, 68 FVp, 97 bis FMVp, 159 MVp, VI, 13, M, VI, 28 MVp, VII, 46 FMVp. *Savino* V, 107 FMVp. *Sauinis* V, 41 FVp, 74 FVp, V, 123 MVp, VI, 5 FMVp, VII, 77 FMVp. *Savine*, VI, 20 Vp.

3) [*Comunis* scriptura nescio an defendi possit, sed *tepora* pro *tempora* neglegentiae librarii deberi censeo, ut qui aliis locis *tēpora* scripserit.]

4) [Locos collegit A. Groth ad V, 7 (p. 19, 2 LSp¹): *Pacuius* V, 60, VI, 94, VII, 18, 76, *Pacui* V, 7, VII, 22, *Pacuium* VII, 87, 88, 91, 102. *Pacuvius* scriptum est V, 17, VII, 59.]

phl mones. Vno
ari, sed in 610
actor est unu
tis, et tam
immolatur unu

Nonne
arata leguntur
rory (in 61 et he
logia. Simile V
scripta sunt, quod
usitata vocabula ha
no graeco serps
qui lacuna est
est vocabulum. N
litteris se mione
launt, id quod imp
scriptionem inven
III aplice, inq
lles deceret, qu
ut 611 Va, ut ap
librorum conitum.
ali ut h, re, p
libet M. Terentii
cerborum liber S

Nec man
tas in his deter
narum, ubi in F
in tum docti libe
tu esse probe tes
cibus racturata
con feriat respone
li pum exhibent.
pauvum (non ap
ror perbas) esse
princiale mirum
re in 1. V, 184
que mille sunt.
partibus, V, 74
lervium suggerat.

Si volis Venetiam
et R. T. Ciceronem
Terentii de lingua
3. 12. 60 per
1. 12. 11. 11. 11.

nihil monet Victorius de verbo *dicti* nec ego ex MVp quidquam adnotavi, sed in GHaf scriptum est *diti* idque ex F translatum videtur, nam acutior est varietas quam ut casu librariis eam in mentem venisse conicias, et tamen dubitandum est, quod coelitibus, non Diti hanc hostiam immolatam esse Ovidius Fast. I, 318 tradit.

Maxime concinunt GHaf, in quibus interdum graecis litteris exarata leguntur quae latinis scripta sunt in F, ut VII, 28 *ἐπιγραμματίον* (in Gb est lacuna), ubi F *epigrammation*, et *ἀναλογία* pro *analogia*. Similiter V, 168 *peristromata et peripetasmata* in Ha graece scripta sunt, quod ego probaveram et Müller recepit; male, nam Latinis usitata vocabula laudantur eaque graeca esse monet auctor; ergo latinis, non graecis scripserat litteris. V, 65 in Ennii versu *graeci vocant aerem*, qui lacuna est vocis *aerem* in Ha, quod graecum scilicet, non latinum est vocabulum. Nolebant librarii saeculi XV frustra et graecis et latinis litteris se imbuisse nec describere modo codices, sed ipsi iudicare solebant, id quod imprimis ordo librorum ostendit. Nam cum in F hanc inscriptionem invenissent: *M. Terenti Varronis de lingua latina . . . liber III explicit, incipit lib. V*, prima vero operis verba tres praecessisse libros docerent, quomodo hos quintus sequeretur liber inscii, complures ut GHVap, ne aperte falsa describerent, postrema verba i. e. numerum librorum omittunt, alii audaciores ut c, rec. G, *liber quartus* scribunt,¹⁾ alii ut b, rec. p *liber primus*; singulare et inauditum est quod M exhibet *M. Terentii Varronis de lingua latina de disciplina originum verborum liber Sextus incipit*.

Nec minus animadvertendum est saepissime antiquas verborum formas in his deterioribus libris inveniri *quoius*,²⁾ *quoi*, *quom*, *quur*, *maxume*, ubi in F extat *cuius*, *cui*, *cum*, *cur*, *maxime*; erant enim iam tum docti librarii qui Varronem vetustam scribendi rationem secutum esse probe tenerent, ideoque hanc eius libris suo ingenio, non codicis auctoritate inferrent; ut VI, 17 in F scriptum *quod tibicines cum feriati vagantur per urbem*, ubi recte Laetus tum correxit, sed illi *quom* exhibent; similiter VI, 92 H *quom primo luci*. VII, 45 sq. *pomorum* (nam apud Ennium iam *cata signa ferae sonitum dare voce parabant*) *cata acuta* inserta GHab omittunt, VII, 64 *diouolares* (*scoeniculae miraculae diobolares*) desunt inclusa in GHb, exstant vero in a. V, 184 GH *videor*, non *arbitror*; in p V, 83 et 87 lacunae, quae nullae sunt, indicantur; VIII, 5 GH *perpaucissima*, non *quam paucissima*, V, 74 pro *hecralem*, corrupto sabino vocabulo, GH male *herculem* suggerunt.

1) codex Venetus: *liber III explicit, Incipit IIII*, cod. Lugdun. 133 . . . ad M. T. Ciceronem *liber quartus incipitur*, sed cod. 97 *Primus Marci Varronis de lingua latina liber incipit*.

2) VII, 49 pro *quin*, quod sanum est, *quoius* G, *quius* H, IX, 1 solus H *librei*, IX, 89 *Argei*, non *Argi*.

Quamvis hi libri inter se conveniant, tamen singulis singula insunt, nec alium ex alio descriptum esse dixeris. VII, 26 in F quattuor versuum spatium vacuum relictum est, qui cum longiores sint, lacuna in Haf his verbis indicata est: *hic spatium decem linearum relictum erat in exemplari*, idem in Mutinensi legitur; in G nihil adnotatum est; ergo ex hoc illi descripti non sunt. paulo antea vero VII, 23 lacunae signum in a cum F convenit, non cum H. VIII, 84 in F scriptura vacat folium 22 b, item versus XVI folii 23. is hiatus in a f his verbis indicatur: *hic spatium IIII chartarum relictum erat in exemplari*, in H vero *hic desunt lineae octo quemadmodum relictum erat in exemplari*. in ceteris nihil legitur aut simpliciter: *hic deficit*. Mutinensis qui h. l. haec praestat: *notandum quod hic in exemplari erant 4^{or} carte non scripte* VI, 97 in margine quae in nullo leguntur exhibet: *not. quod in exemplari hic erant carte 9 tum decima non scripte*. IX, 41 in F est dittographia ^{di} *vocatur*, solus vero H *vocatur* exhibet, reliqui omnes *dicatur*. nec correctiones desunt. VIII, 44 recte *supplent et quae habet tempora*. X, 52 *primo genere ab imposito ad naturam proficiscimur*, numquam ita Varro *impositum* dicit, semper id quod solus G praebet *impositione*. X, 17 quattuor verborum genera enumerat auctor, substantiva quae casus neque tempora habent, verba quae tempora neque casus habent, participia quae utraque, adverbia quae neutra habent, quibus haec addit: *ex hac divisione singulis partibus tres reliquere dissimiles*, sic F et omnes praeter a, in quo recte *relique*;^{*} hoc verum videtur, neque aliud quod propius ad litteras accedat, velut *reliquae vere dissimiles*. VII, 44 in F corrupte legitur *ares*, sic etiam H sed superscripto *arx*, quae vera est correctio eaque in Ga recepta extat; ex his ergo H descriptus non est; is solus VII, 73 verba *quae praeter alia erant insignia*, quae in F super versum post vocabulum *signa* appicta sunt, omittit. V, 104 *uvae ab uvore* (quae verba Vp omittunt) in H *uvae ab humore*, in G vero *uvae ab humore aliter ab uvore* scriptum est.

Artissime item cohaerent Vindobonensis (V) et Basiliensis (p), qui saepius soli fontem F exprimunt; neuter tamen ex altero descriptus,¹⁾ nec correctiones nec interpolationes desunt, ut VII, 85 *numen dicunt esse imperium dictum ab nutu, omnia sunt eius imperium maximum esse videatur*, ubi quaedam verba propter simile cadens interciderunt, sic fere supplenda: *dictum ab nutu, cum cuius nutu omnia fiunt eius*. iam vide quid in V extet: *numen dicunt esse imperium dictum ab nutu omnia sunt eius et est in Alemania imperium ab antiquissimo tempore . imperium maximum esse videatur*. hinc librum in Germania exaratum esse conicias²⁾ nec res notatu indigna est; atque hoc emblema

1) sic v. c. V 21. 77 V quae desunt in p, item VI, 96 p graeca verba in V omnia servavit, conf. VI, 73; notanda VIII, 11 particula *et* in his transposita.

2) Itali manum V, 108 *cotto* pro *cocto* prodere videtur.

... quibus
... aut, hinc
... adstant
... 23 hinc
... veritas
... in I
... in exemplar
... qu h. l.
... carie non
... ut quod in
... II, 41 u l
... reliqui omnes
... et quae habet
... a profectio
... G prohit
... autem, substitu
... utque cosa
... habent, quos
... reliquos dis
... serva vili
... reliquae rei
... ad supra
... extat; ex his
... praeter alia
... signa appicta
... mittant) in II
... a vore scri
... enis (p), qui
... descriptus, 1)
... nomen dicunt
... non maximum
... intercederunt,
... ia fiant eius.
... in dictum ab
... antiquissimo
... in Germania
... hoc emblema
... y quae verba
... summa et in his

... quibus
... aut, hinc
... adstant
... 23 hinc
... veritas
... in I
... in exemplar
... qu h. l.
... carie non
... ut quod in
... II, 41 u l
... reliqui omnes
... et quae habet
... a profectio
... G prohit
... autem, substitu
... utque cosa
... habent, quos
... reliquos dis
... serva vili
... reliquae rei
... ad supra
... extat; ex his
... praeter alia
... signa appicta
... mittant) in II
... a vore scri
... enis (p), qui
... descriptus, 1)
... nomen dicunt
... non maximum
... intercederunt,
... ia fiant eius.
... in dictum ab
... antiquissimo
... in Germania
... hoc emblema
... y quae verba
... summa et in his

... quibus
... aut, hinc
... adstant
... 23 hinc
... veritas
... in I
... in exemplar
... qu h. l.
... carie non
... ut quod in
... II, 41 u l
... reliqui omnes
... et quae habet
... a profectio
... G prohit
... autem, substitu
... utque cosa
... habent, quos
... reliquos dis
... serva vili
... reliquae rei
... ad supra
... extat; ex his
... praeter alia
... signa appicta
... mittant) in II
... a vore scri
... enis (p), qui
... descriptus, 1)
... nomen dicunt
... non maximum
... intercederunt,
... ia fiant eius.
... in dictum ab
... antiquissimo
... in Germania
... hoc emblema
... y quae verba
... summa et in his

... quibus
... aut, hinc
... adstant
... 23 hinc
... veritas
... in I
... in exemplar
... qu h. l.
... carie non
... ut quod in
... II, 41 u l
... reliqui omnes
... et quae habet
... a profectio
... G prohit
... autem, substitu
... utque cosa
... habent, quos
... reliquos dis
... serva vili
... reliquae rei
... ad supra
... extat; ex his
... praeter alia
... signa appicta
... mittant) in II
... a vore scri
... enis (p), qui
... descriptus, 1)
... nomen dicunt
... non maximum
... intercederunt,
... ia fiant eius.
... in dictum ab
... antiquissimo
... in Germania
... hoc emblema
... y quae verba
... summa et in his

Faint, illegible text covering the majority of the page, likely bleed-through from the reverse side.

in p
cum
V. 1
VII
the
pe
all
pe
act
hor
in
pe
re
ar
in
E
re
of
I
e
is
je
ne
ce
se
II
of
the
in
the
the
the

in p non legitur, neque ipse tamen interpolationis immunis est; tria enim nova verba in fine addit: *esse videatur et mundi dominus*. Aliae quoque adnotationes margini adiciendae verborum ordini illatae sunt, ut V, 165 *eodem anno apertam imo clausam*. R. Livii I. Super lectulis, ubi praeterea marg. p. *scripture error appertissimus*. y enim *clausa*. VII, 109 *tres scripsi P. Septumio . . tris tibi quorum hic est tertius*, librarius cod. p alteri quoque nomen addendum putans *tibi o cicero quorum dedit*. idem IX, 35 inclusa de suo inseruit solus *itaque (ut in aliis quoque rebus, sic in rebus accidit, quia) in . . V, 106 testuatum quod in testu caldo coquebatur, ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronae*, V p *matronae nostrae praecipue*, quod nisi fons et origo horum librorum constaret, haud dubie multi probarent, sed altum silentium in ceteris codicibus.

Lepidum est quod VII, 52 Varronis verbis *latrones dicti ab latere*, qui circum latera erant regi adscriptum est: *solebant collaterales regum viri fortes atque integri esse, sed latrones dici; nunc dicuntur aliter, sed latrones veri sunt*. Interdum haereas et Varronis esse credas quae lectoris sunt expositiones, ut VIII, 22 *contra naturalem declinationem dico, quae non a singulorum oritur voluntate, sed a communi consensu*. itaque omnes impositis nominibus eorum item declinant casus atque eodem modo dicunt huius Artemidori et huius Ionis et huius Ephesii, sic in casibus aliis, ubi V p huius ephesis. Sic rectus plerumque voluntarius, obliqui naturales semper. sic in casibus aliis; egregie sane ad Varronis sententiam, sed merum interpretamentum esse nec intercidisse aliquid per *ὁμοιοτέλετον* et ordo rerum et fons codicum F satis ostendunt. X, 37 propter simile cadens uterque liber omittit verba *ab analogo dicta . . . habent eundem logon* quae quatuor versuum spatium comprehendunt, item duos IX, 100, sed V *quod fui est . . . fuero*, p his duobus amplius additis verbis *sum ero quod fui est . . . fuero*. IX, 25 desunt in utroque *et inde ad brumam . nonne luna ut a sole discedit ad aquilonem*, X, 8 *si eiusdem generis essent, utrique praeponeretur idem ac diceretur aut hic lepus et hic nemus aut hoc lepus et hoc nemus*. VII, 4 soli lacunam ex F reddunt. IX, 3 ex vera correctione verba male repetita *homo ex anima quod est* omittunt, vulg. ex B minus recte primum vocabulum *homo* ceteris deletis retinet. VII, 109 iure ut videtur*) *ars pro an* scribunt. haud

*) De tribus qui praecedunt primis libris Varro dicit: *in primo volumine est quae dicantur cur etymologicae neque AN sit, neque ea utilis sit; in secundo quae sint cur et ars ea sit et utilis sit; in tertio quae forma etymologiae*. inde facile quis ars scribere poterat, quod a me quoque in editione priore iam propositum nunc recepi; tamen de veritate dubitare licet. nam quae hic de etymologiae libris II—IV dicuntur, aequalia sunt illis VIII—X de analogia; in his vero nulla fit artis mentio; itaque hic nihil requirimus, nisi: *cur . . neque sit neque ea utilis sit; in secundo quae sint cur et sit et utilis sit*.

felix vero est coniectura VI, 52 *sed de hoc post erit interpretandum*, pro *usurpandum*. VIII, 5 vocabulo *impositio* additum in utroque *et declinatio*, recte si verum est *impositio*; vid. edit. Haec quantum conveniant, docent, ut gemini videantur; sed saepius inter se discrepant, et multum praestat p, qui v. c. VI, 96 graeca omnia ex F servavit, ubi in V nil nisi hiatus aspicias, V, 24 *et udorissi* solus ex margine codicis F recepit, sed VII, 5 verba quae in V extant, in pH desiderantur. VII, 109 cum ceteris *et illis sit* exhibet, sed V habet *et illis utilis sit*, in quibus *utilis* corrupti vocabuli *illis* iusta correctio est. sub sexti libri finem in marg. V: *hic deest in exemplari folium unum in quo est principium libri III* unius et dimidii versus vacuo adiecto spatio, in p utriusque libri verba cohaerent, neque quidquam in marg. praeter haec: *hic deficit*. Mira verborum traectio VIII, 26 in V indicata est: *opus est "neque enim . . in consuetudine "non negligendum. Sunt quod eque sunt et brevi et aperta "Preterea, quo verba non negligendum . . aperta illis quae praecedunt neque enim . . consuetudine praeponeuda esse notatur . partim haec in p re vera transposita leguntur: opus est non negligendum neque enim . . consuetudine . Sunt quod eque . . ceterum inanis est haec adnotatio, nosque ne libri moles frustra augeatur, et hoc et alia id genus quae ex his inferioribus libris hausta nullius sunt pretii silentio praetermisimus.*

Basiliensi (p) simillimus erat codex quo usus est Adr. Turnebus, quem novam horum librorum editionem parasse postumae notae priores tres libros comprehendentes a filio MDLXVI in lucem emissae¹⁾ docent. nomen eius affert ad V, 60: *terram corpus] ita ut reperi in Victoriano et excudendum curavi* et ibidem *ubi nimius ardor] ubi minus ardor codex Victorianus bono sensu*. Est igitur Parisiensis ex libris St. Victoris, nunc depertitus, in utroque eadem inveniuntur, ut diversos esse non censerem²⁾, et quae alia ex eo a Turnebo notantur, minus recte lecta putarem v. c. VII, 23 *queant pro que aut*, VII, 49 ubi in ceteris *quin inde* extat, Turnebus ex suo *quid unde* laudat, cum in p *quid inde* sit, neque VII, 97 *bonae scaevae* aut aliud in eius libro atque in p extitisse certus sum. sed distant; nam in Turnebi libro graeca, quae in Basiliensi desiderantur, erant scripta, ut V, 111 *τῶν ἐντερον] in veteri uno verbo τῶν ἐντερον*, at in p est lacuna et deest etiam sequens verbum latinum *appellasse*. V, 21 vulgo *τέρμα Euander* legabatur; Turnebus nos *etiam* inquit *pro τέρμα τέρονα scribendum censemus ex vetere libro, ita origine postulante, erant et aliquot alia verba graeca, quae legere non potuimus*. non graeca erant verba,

1) Nescio quomodo privilegii sententia de his Hadr. Turnebi commentariis data sit 3 Id. Iun. 1557. mortuus est A. Turnebus 1565, Odonis Turnebi ad Hospitalem epistola Idib. Aug. 1566 scripta. In Adversariis ab ipso Hadriano editis, in quibus optima quaeque emendationes Varronianae leguntur, codicis Victoriani nomen non apparet.

2) Ueber die Kritik der Varronischen Bücher p. 4.

... et quibusdam ...

... et quibusdam ...

... et quibusdam ...

... et quibusdam ...

Interpretatione ...

lib. Tarselus ...

... et quibusdam ...

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

sed latina *pote vel illinc* maioribus litteris exarata, a librario ut in V in graecas mutata formas, vid. lect. varietatem; at in p est *termona po* *Euander*; haec igitur Basiliensem diversum esse a Turnebi Victoriano, 1) reliqua vero in quibus uterque a ceteris distat, eum huius apographum esse convincunt.

Guelferbitanus (M) his longe deterior multa quae in ceteris sana leguntur depravata exhibet, ut vix verum invenire possis; velut in exemplo supra allato VII, 44 ubi F cum aliis corrupte *ares*, quod G H a in *arx* iure mutasse monuimus, praebet, in M *ea res* scriptum est. insunt vetusta et mirabilia ut IX, 34 *imposierint* cum F, VII, 4 *imitare* infinitivus quod facile aliquem fallat, IX, 41 *proponumus*, IX, 101 non *terna habet tempora*, sed *terna prestant al' habent tempora*, cum tamen in nullo *praestant* legatur. V, 155 *comitium ab eo quod coibant eo comitiis curiatis et litium causae*, ubi *causa* reponendum esse veteres librarii quidam et vulg. viderunt, ut sit publicum comitiis curiatis, privatum litibus dirimendis, M vero praebet *litium cause alias esse*, et sane in G H extat *litium esse*. ergo haec varietas margini vel supra vocem *cause* adscripta *alias esse* a librario codicis M versui illata est; magis corruptum est quod Laetus e codice suo edidit *lutum esse vel cavesse* hoc est *litium esse vel cause*. hac ratione ineptae lectiones saepe explicantur. Quod si talia casu et negligentia illata dixeris, interpolationes non desunt v. c. VII, 52 ubi latronis origo graeca indicatur: *ea enim merces graece dicitur λάρρον*, librarius ut se graecarum litterarum haud rudem esse ostenderet, *κερδωρ* (i. e. *κέρδος*) scripsit, unde in principe editione *cerdon* extat, et tamen misellus hic liber V, 26 graecum. || . ΣΤΕΓΝΟΝ et VI, 61 *Νιδιξε* solus ex F servavit; nam in ceteris omnibus aut nihil aut lacuna est; similiter ibidem unus ex F *ῥυνce* corruptum pro *praeceunte* retinet. VII, 42 in F graecum vocabulum ΛΕΤΕ (id est *λήθη*) scriptum est, harum litterarum primam λ servant H a, lacuna est in G V b p, solus M praebet ΛΙΘΗ. VIII, 3 vocis *utili* postremae tres litterae in F incertae sunt, unus M in lacuna verba *utili et* omittit; tam mira sunt horum quoque librorum fata. IX, 34 *analogiam analogicen* habet deleto vocabulo, ut alienum inferretur; vix tanta libidine librarios grassatos esse credas; inde haec aliaque id genus in principes transierunt editiones. perver- sam operis inscriptionem qua sextus incipit is liber qui est quintus, iam indicavimus, reliquorum desunt tituli.

Praeter haec alia quoque horum librorum exempla in bibliothecis latent v. c. Vaticani tres codices, Mediolanensis, Mutinensis, Barberinus, Chigianus, Stuttgardiensis, quorum mentionem facit Od. Müller praef.

1) conf. var. lect. V, 102 *proxima animalia* ubi adverbium requiritur, Turnebus ex suo *proxima me*, fuit correctio *proxima*, in p *me* non legitur. V, 178 *praedia primum* pro *praeda praemium*, ego ex p nihil adscripsi, VII, 19 propter simile cadens uterque om. *quid dedere quam pudam Aeopagitae*, ceteri omnes servant.

XIII—V, Florentini apud Bandinium, Madritenses tres in Haeneli catalogo p. 955, Vossiani duo Lugdun. quorum excerpta collegae nostri orient. litterarum professoris M. Müller benevolentiae debemus, Praegensis, Parmensis (Mediolani scriptus XII kal. Sept. MCCCXLVII), Harleianus (5406), Venetus quem ipse inspexi, e quibus ceteros aetate superat Madritensis primus, cuius sub finem legitur: *Sebastianus de Papi scripsit Florentiae MCCCCXII*, ex vetusto F ut videtur. haec quanta cura illo saeculo Varronis libros docti tractaverint confirmant, sed nullus inde fonte aperto et excusso ipsi fructus accedet.

Ex his qua fide editor primus provinciam suam administraverit, demonstrare possumus; nam cum hos libros Pomponius Laetus, civis Romanus, anno MCCCCLXXI (neque anni neque loci indicium scriptum est) primus publicaret, in praefatione haec professus est: *ubi librarii litteras mutaverunt, correxi; in his quae inscilia penitus corrupti, non ausus sum manum imponere, ne forte magis depravarem*; extremis vero Varronis verbis addidit: *Finis eius quod invenitur Marci Varronis. Parce qui legeris, si aliqua minus polita inveneris, nam ita ex omni parte sive seculum fecerit sive librarii volumen quodvis corruptum erat, ut necesse fuerit aucupari hinc inde sententias; ideo sine rubore veniam dabis et errori manum imponas Pomponius tuus orat. Vale.* Eius recensionem, ut fieri solet, secuti sunt editores; nemo enim nisi melioris notae adhibitis libris, quae eius ingenio illata essent, perspicere poterat. Usus est scripto libro deterioris notae, simili Guelferbitano nostro (M), qui male descriptus est nec interpolatione caret.¹⁾ At Pomponius non pauca nec levia, sed plurima et gravissima correxit, multa bene, plura perverse et minus verecunde, id quod nunc, cum ubique codicis F lectio appareat, certissime evinci potest.

Lacunam totius folii, in qua principium libri septimi erat, his

1) VI, 82 propter simile desinens verba *augures dicunt specere. consuetudo communis quae cum praeverbis coniuncta fuerunt etiam nunc in M et apud Laetum interciderunt*, quod utrique eundem esse fontem probat. V, 43 *ratibus quadrantem solvebant cuius male pro ratibus cuius*. VI, 76 *nunc ornamentum quod sicut osnamenta pro vulgo ornamentum quod sicut olim osnamentum*. V, 54 de suo addit M *sacriportus est*, Laetus *sacriportus est et in ea sic*. VI, 58 *ab eo itaque veteres, ab eo quidem M, ab ea quidem graeca voce Laetus*. inde corrupta eadem in utroque v. c. V, 33 *ex ara romanus et gabinus pro extra romanum et gabinum*. VIII, 33 *libri analogia sequenda est nobis*, Laetus *stamenda* unde vet. editio non inepte *statuenda* correxit, neque ille operarum error est, nam in M extat *analogie statuenda*. VIII, 50 M *in his articulis*, quas litteras in codice librarius legere non potuit, omisit, *tribus* supplevit Laetus, neque Victorius hoc ex B mutavit; is igitur idem dedit sive ex Laeto sive aliunde sumptum. VI, 72 *agi non potest M Laetus, non potest agi ceteri*. V, 65 Laetus in Ennii versu *arbores herbasque pro urbis beluasque* quod ceteri omnes, etiam B, tenent, audaci coniectura, sed non inepte excogitavit. V, 94 item solus *quasi indagator pro quas indagatur*, X, 16 *egrotat et languescit* postrema duo solus Laetus addit.

... hanc ca-
... collige aut
... habemus. Pro-
... XLVII, In-
... utrum aut
... Sebastianus de
... videtur. hoc
... confirmat
... dit.

administraverit
... Lacti.
... hoc indicem
... latus est: ut
... utriusque
... magis depro-
... quod incu-
... minus polle-
... sine librarii
... hinc inde
... imponat
... solet. secun-
... daria, quae et
... ut scripta libri
... male descripta
... nec levi-
... tate et minus
... apparet, cer-
... timi erat. his

... quere. con-
... etiam nunc in
... litem probat
... VI, 76
... quod sicut
... Lactis sacripo-
... quidem M, ut si
... x. c. V, 33
... VIII, 33 libi
... illis non inq-
... N erat analogia
... literas legere
... hoc ex B no-
... VII, 72 ap-
... in Easi vers-
... etiam B, tenet,
... sine gra-
... quanta duo sibi

1800
The first part of the book is devoted to a general history of the world from the beginning of the world to the present time. It is divided into four parts: the first part contains the history of the world from the beginning of the world to the birth of Christ; the second part contains the history of the world from the birth of Christ to the present time; the third part contains the history of the world from the present time to the end of the world; and the fourth part contains the history of the world from the end of the world to the beginning of the world.

The second part of the book is devoted to a general history of the world from the birth of Christ to the present time. It is divided into four parts: the first part contains the history of the world from the birth of Christ to the death of Christ; the second part contains the history of the world from the death of Christ to the present time; the third part contains the history of the world from the present time to the end of the world; and the fourth part contains the history of the world from the end of the world to the beginning of the world.

The third part of the book is devoted to a general history of the world from the present time to the end of the world. It is divided into four parts: the first part contains the history of the world from the present time to the end of the world; the second part contains the history of the world from the end of the world to the beginning of the world; the third part contains the history of the world from the beginning of the world to the present time; and the fourth part contains the history of the world from the present time to the end of the world.

quatu
que
evolu
et
scrip
VII
ingr
rep
opi
ex
per
am
lit
cum
cor
ar
na
lit
it
er
ar
ab
Se
p
sy
st
Le
per
pis
Will
diti
Har
repe
sri
VII
VII
VII
erit
scrib
epi.
—
in
pre

quattuor versibus sibi explere visus est: *Temporum vocabula et eorum quae coniuncta sunt aut in agendo fiunt aut cum tempore aliquo enuntiantur priore libro dixi; in hoc dicam de poeticis vocabulis et eorum originibus, in quibus multa difficilia, nam.* haec quae in nullo scripto leguntur sed ex postremis praecedentis libri verbis, item ex fine VII et initio VIII facili opera addi poterant, primum sive suo sive alius ingenio dedit et miraberis hominis audaciam, qui cum in libro inveniret: *repens ruina aperuit ut verbum quod conditum est e quibus litteris oportet, inde deletis tribus primis verbis, ut particulam nam ab ipso excogitatam sequi videretur constructio, nova addita interpolatione sic pergeret: nam || ut verbum quod conditum est e quibus litteris oportet scribi aperiatur. Inde si post . . .* Vides quanta insit vulgatae quae dicitur lectioni, quam omnes exprimebant, fides. V, 85 scripti libri cum F: *Sodales Titii dicti, quas in auguriis certis observare solent, corrupte sane nec integre; supplevit lacunam Laetus dicti ab Titiiis avibus quas, atque hae Titiae aves ex hoc uno Varronis loco notae non ex antiquitate, sed ex Pomponii Laeti editione in hos de lingua latina libros volaverunt. V, 117 Tubae a tubis, quos etiam nunc ita appellant tubicines sacrorum, addit Laetus interpretationem id est sacri tubicines tubi vocantur, quae in nullo nostrorum codicum invenitur.*

VII, 43 *Apud Ennium Mensas constituit idemque ancilia, dicta ab ambecisu, quod ea arma ab utraque parte, ut Thracum incisa Saliba quae fictores Argeos et tutulatos. Liba quod libandi causa fiunt.* sic F, alii *salibaque*, in quo prioris vocabuli *incisa* postrema syllaba SA male repetita sequentis vocis initio male adhaeret, ut nihil sit nisi *incisa. libaque* et alter versus sequeretur:

mensas constituit idemque ancilia . . .

libaque fictores Argeos et tutulatos.

Laetus vero inaudita audacia, quae me ipsum in editione priore deceperat, qui quaedam intercidisse conicerem, locum lacunosum sic supplevit *incisa. Saturnio in carmine Libaque fictores.* verum vidit Müller frustra repugnante Laurentio Lersch de versu Saturnio p. 5, sed dudum antea Victoriuss idem indicaverat, quod a me neglectum erat.¹⁾ Haec et similia Laeti dicto, quo librarii litteras modo in verbis corruptas se correxisse profitetur, parum conveniunt, fortasse ab aliis suae aetatis doctis tradita in ordinem commode accepit. sic nescio unde VII, 28 verba *apud Accium*, quae in nullo leguntur codice, sumpserit. VII, 105 Manilii explicationi verbi *nexum* illa Mucii sic praefertur: *hoc verius esse ipsum verbum ostendit de quo quaerit, ubi quaeritur scribendum esse res ipsa docet, Laetus hoc Verrius Flaccus esse vulgavit, secutique sunt omnes editores usque ad Ant. Augustinum, qui*

1) Saturnii carminis hexameter etiam critico B displicuit, itaque novum procudit: *incisa. et item alibi libaque.*

primus interpolatione expulsa id quod in libris est restituit. Haec de editione principe eiusque asseclis dicta sufficiunt; nos, ne dubii haerent legentes, Laeti varietati ubique eius nomen adscripsimus.

Ceterorum virorum de his libris bene vel male meritorum censuram in editione priore dedimus, quos hic enumerare longum est, id vero tenendum Antonium Augustinum, archiepiscopum Tarraconensem MDLVII vel iam MDLIII¹⁾ novum plane — heu quantum mutatum ab illo! — Varronem emisisse. De curis suis Varronianis nihil tradit et in paucis quae praemisit adnotationibus, hoc solum indicatum invenimus ad V, 104 *exta loco quo solent addi ex mola, id est sale et farre molito] sic in veteri libro Achillis Mafei quo multum usi sumus; in alio libro est: exta ollica.* at posterius solus habet B, de quo plura referemus, quemque Mafeianum non esse inde docemur, prius vero in nullo apparet nostrorum, in quibus est *exta ollico quo*, sic et M, quem deterrimum e nostris esse nec interpolationis immunem vidimus; Laetus primus *exta loco* vel ex libro incerto vel ex coniectura scripsit, ut auctoritas istius veteris libri Mafeiani mihi valde sit dubia. multa e codicibus laudat, quae aperta recentiorum sunt commenta; doctorum eum auxilio adiutum esse docent verba ad VII, 11 . . . *ex Cic. lib. II Tusc. Gabriel Faernus qui pleraque alia emendabat* et ad VII, 28 *cetera mendose scripta redegit in hunc ordinem Octavius Pantagathus qui permulta alia restituit.*²⁾ Nos in P. Victorii copiis, unde nata sit Augustini recensio, invenimus; ille enim incerti codicis varietatem Lugdunensi editioni anni MDXXXV summa diligentia adscripsit, qui si librum totum ad finem usque contulisset (desinit vero libro IX, 74 verbis *ut cista*, ubi ex illo est inserit), nomen unde hausta varietas more suo adnotasset. Equidem nullam aliam rei imperfectae rationem video, nisi

1) *M. Terentii Varronis pars librorum quattuor viginti de lingua latina. Ex bibliotheca Antonii Augustini. Romae apud Vincentium Luchinum M. D. LVI.* qui annorum numerus etiam calci adhaeret, sic quo ego utor exemplo, alia ut Gottingense annum MDLIII referre Müller in praefat. p. XXVIII monet. si duae sunt editiones diversae, quibus aliquid insit discriminis, priorem posteriore meliorem non esse certum est.

2) Sub finem adnotationum Augustini haec leguntur: *Doctorum virorum nomina, qui huius libri emendationi operam dederunt, infra scripsimus.*

Pomponius Laetus.
 Angelus Tifernas.
 Fran. Rolandellus.
 Aldus Manutius.
 Michael Bentinus.
 Angelus Colotius.
 Octavius Pantagathus.
 Petrus Victorius.
 Ant. Augustinus.
 Gabriel Faernus.

e quibus Angelus Colotius quid ad Varronem contulerit nescio, fortasse ut Pantagathus et Faernus Augustino, quibus hic usus est, tradidit.

remittat. Haec
de doli hacten
na.

meritorum conno
squam est. si ve
pium Turrescense
mentum notatum
sual tradit et i
cunam invenitur
sile et fere no
na sumus; in di
de quo plura reli
pium vero in ali
e, sic et M. que
em videmus; Leta
suetura scripta, u
dubia. multa e co
mota; doctorum em
de Cic. lib. II Tus.
ad VII. 25 cetera
us Pantapachus qui
unde nota et An
a varietatem laphi
quod, qui si librum
IX. 74 verbis et
more suo ad
tionem video, nisi

viginti de lingua
Vincentium Luchi
neret, sic quo ego
Müller in praefat.
in aliquid insit dis

Doctorum viro
perum dederunt.

si nescio, fortasse u
st, tradidi.

quod inter
cepi, quo
operam de
itaque
Victoriam
pisse, in
em. Mel
docet in
que a vi
rima, ad
commodi
Iuriam
male fac
Augustus
tatem p
mas, s
integri
moris
mentis
manum
que, s
U
velate
convoc
coeli
veru
cipi
mili
Eliu
sori
sori
arri
siliu
Ege
sua
re. s
de. s
re. s
quo
sua

quod interea Ant. Augustini exemplum MDLIV vel VII publicatum accepit, quo inspecto otio amplius abuti noluit; nunquam enim huic codici operam dedisset, si antea vulgatae eo fonte innixae notitiam habuisset; itaque illo tempore hanc operam impendisse videtur. Nec mirum est Victorium iam seniore denuo pro Varronis libris hunc laborem suscepisse, tantum differt ab F, tam speciosa et splendida praebet, ut facile eum Mediceo superiore esse conicias. Vix credas quantum ille liber docti cuiusdam Itali manum emendatricem perpessus sit; omnia enim quae a vulgari linguae latinae usu recedunt, quae in Varrone sunt plurima, audacissime removit, corruptis verbis ubique sensum qui haud incommodus esset ex ingenio intulit effecitque ut antiquus et horridus Varronis sermo tersus et elegans omni carens difficultate esse videretur, unde factum, ut is criticus cui nulla inest autoritas, nulla fides, Ant. Augustinum falleret, qui editionem omnibus ad nostram usque aetatem probatam curaret. Aliud huius codicis vestigium nullum invenimus, fortasse in schedis Ant. Augustini Neapoli servatis latet.¹⁾ Ex integra varietate in priorem nostram editionem collata in hanc quae maioris sunt generis transtulimus, ut et correctoris audacia atque temeritas, item doctrina et ingenium intellexeretur, reliqua ne superflua animum confunderent neve libri amplitudo frustra augetur omisimus, quae, si quis curiosus sit, cum aliis ibi diligenter conquisita reperiet.

Utrum criticus noster, quem littera B indicavimus, aetate Laeti editione (MCCCCLXXI) sit prior, an permulta quae cum hac conveniunt inde hauserit, quaeritur; nam si princeps editor interpolato codice usus est, nostrum eadem vel similia praebere non mirum; illum vero principi editioni emendationes suas adscripsisse vana est Lachmanni opinio quae plurimis exemplis facile refutatur.²⁾ usus est codice haud multum diverso ab M, ad quem adhibita ut videtur Laeti editione hos libros more suo castigaret. Exempla hoc illustrent:

VI, 51 *narro cum alterum facio narum*. sic veteres, nisi quod *narrum* scribunt, Laetus *narro cum altero facio sermonem*, B noster *narro cum altero facio varium sermonem*; hoc ex Laeto dilatatum est, error natus ex varietate *alterum* et *altero*, hoc est ex confusa praepositione et coniunctione; at quid ineptum istud *varium*? hoc ut intelligas, attende quid in M extet. *narro cum altero facio narum*. id cum sensu careret, male mutato *altero* alius audacter *facio sermonem* cor-

1) In Ant. Augustini bibl. lat. Msc. cat. haec leguntur:

nr. 512. M. Terenti Varronis de l. l. ad M. T. Ciceronem a libro IV ad IX fragmenta et de verborum origine ac de analogia.

nr. 513. Varronis iterum fragg. librorum de l. l. cum interpretationibus Pomponii Laeti dictatis in Academia Romana anno MCDXXCV.

nr. 524. M. T. Varronis de l. l. IV—IX, liber in charta annorum C et ultra forma quadrati.

2) codice manu scripto usum esse Victorium ipse probat V, 135 *aravrum quod aravit*, ubi *aruit* ex F correxit; longo tempore post addidit *m ruit* idque ex B sumptum est.

Spengel, Varro de lingua latina.

rexit, noster B qui corruptum illud vel simile in libro suo invenit, interpretans *facio varium sermonem* reddidit.

VI, 54 *hinc profanatum quid in sacrificio*, sic corrupte veteres libri, M *hinc prophanum quod in sacrario*, Laetus *hinc profanatum quod in sacrario pollutum*, noster B *hinc profanatum quod in sacrario nondum est*. mutari coeptum ab utroque ex eo quod M praebet.

VIII, 9 in F quem sequuntur G H V a p haec leguntur:

causa inquam cur eam ab impositis nominibus declinarint, quam ostendi, sequitur in quas voluerint declinarint declinari aut noluerint, ut generatim ac summatim item informem. duo enim genera verborum, unum secundum . . . alterum genus sterile.

Laetus male repetito *declinarint iure deleto . . . cur eas ab . . . item informes duo enim . . . ceterae editiones inde ab Aldo . . . eas . . . item in formis duo . . . sensus loci apertus est*, transit enim auctor qui tria dixerat, cur verba declinarint et in quo et quemadmodum, ad secundum illud in quo (VIII, 1, VII, 32) sic: *causam, cur verba ab impositis nominibus declinarint, quoniam ostendi, sequitur, in quo (quibus) voluerint declinari aut noluerint, ut generatim ac summatim item informem . . . quid vero B? is corruptum locum sic explet:*

causa inquam cur eas voces quae descendunt a recto causa est, cur eas ab impositis nominibus declinarint, quam ostendi, sequitur in quas voluerint declinare aut noluerint, ut generatim eo summatim. Item in formis duo genera verborum . . .

quae cum ita sint, ut propter simile cadens facile interciderint, eo magis vetusti libri auctoritate addita esse censeas, quod ipsa imperfectam sententiam non explent. Si Laetus de suo *eas* scripsit, noster posterior est, at iam in M legimus: *causa inquam cur eas ab . . . voluerunt declinarit aut voluerint duo enim* mediis omissis, ut ignoremus, utrum ibi etiam *informes* an *in formis* fuerit; nam B enim omittens coniungit: *item in formis duo genera . . . hoc igitur exemplum correctum eum varietatem suam ex ingenio sumptam temere intulisse docet*. Sic V, 50 ubi secundi sacrarii mentio in Esquilis desideratur, ineptissime ficta de suo inserit *Oppius mons bicepsos simplex*.

VII, 38 *Epeum . . . ab Epeo illo qui dicitur ad Troiam fecisse equum Troianum et Argivis cibum curasse*, hic Laetus *Troianum et aptius cibum*; id ex *Argivis* corruptum non ipse fecit, sed invenit, sic enim M *ad arolam fecisse equum arolanum et aptius cibum curasse* corrector noster B qui et *aptius* et *Argivis* traditum repperit, more suo utrumque coniungens . . . *Troianum Argivis et apte cibum curasse*; nam falsum est quod Lagomarsinius monuit, ita in F legi, dilucide in hoc ut in ceteris *et Argivis cibum* extat; id utrum B ex scripto an ex edito Rholandelli libro (MCCCCLXXV vel LXXX) sumpserit, si Laeto posterior est, non constat.

Initium libri VII, quod in codicibus desideratur, Laeti editionem supplevisse idque commentum deletis primis Varronis vocabulis *repens*

rina opor
difficilia
Lactum
eodem
difficilia
poreis
venta
Varron
illa lera
ipse
Nelle
lactum
in quod
noster
spatium
plurim
vatum
deu VII
no die
Sape
ese, in
II, 11
museu
... eade
est Lan
M et La
verbo
al corp
Si illi
plurim
ca in p
patione
necis p
non p
omni de
tore
in om
con il p
liber
pandi
Seren
conuen
in om
... dicit
nata

ruina aperuit cum auctoris dictione sic coniunxisse . . . *in quis multa difficilia, nam* || *ut verbum quod conditum est* supra monuimus. Laetum ipsum haec de suo dedisse et interpolasse parum verisimile est, eadem ex B Victorius retinet postrema sic exhibens . . . *in queis multa difficilia, nam et repens* . . . *aperuit verbum* sic vacuo spatio tribus punctis indicato. Utrum hic ex Laeto sumpserit, an Laetus in B inventa mutaverit, quaeritur; prius probabilius esse credas, nam hic illa Varronis verba ab interpolatore deleta servare voluit. At quid vult illa lacuna? id intellegitur, si corrector codice M vel simili usus est et ipse libri initium finxerat; nam ibi *rapina* (et sic tres Vaticani apud Müller. p. XIV), non *ruina* scriptum est, quod cum sensu careret, lacunae signa addidit. Sic VIII, 10 *cum* . . . *tunc* relicto vacuo spatio, in quod alii *fiunt*, veteres *fulmen* inserunt, est enim *cum fulmentum*, noster criticus lacuna locum iuvare voluit. VI, 23 *atra* omissum et spatium unius vocis relictum. VII, 2 *dici* *neque* spatio complurium verborum relicto. VII, 8 pro *sic* spatium multorum verborum vacuum relictum. interdum addit: *hic deest* VI, 14, 51, 65, aut *parum deest* VII, 29, 60. Haec omnia vana et inania sunt, sed et alios et nos olim deceperunt.

Saepe consentit B cum Laeto, ut eum ex hoc uno pendere censeas, ut V, 110 *dicta* additum, 116 *succuderunt*, VI, 9 *dicunt ver*, VI, 11 *aeternum, id ait Chrisippus esse*, 16 *agnam*, ibidem scriptum omissum (om. etiam M), 45 *amoveo* pro *vel metuisti amovisti*, 57 et . . . *culant* pro *ita* . . . *condeant*, 71 *sponsus erat*, VII, 89 integer est Ennii versus *si voles advertere animum, comiter monstrabitur*, sed M et Laetus *si voles advortere comiter monstabit*, sic et B sed omissis verbis *si voles*. Conveniunt et in iis quae aperte sunt falsa et prompta ad corrigendum, ut VI, 83 solus cum Laeto *auguribus* pro *auribus*; 69 *ideo Lucius* cum M et Laeto pro *itaque Lucilius*; VI, 76 F et plerique: *Oro ab ore* . . . *indidem Omen, Ornamentum, alterum quod ex ore primum elatum est, osmen dictum, alterum nunc cum propositione dicitur vulgo Ornamentum, quod sicut olim Ornamentum scenici plerique dicunt*. priora aperta sunt, nisi quod ex auctoris more potius *alterum quod ex ore elatum est primum osmen* (*post omen*) *dictum* requirimus, sed duo illa verba abesse possunt, in posterioris membri fine *osnamentum* scribendum esse constat, sed corruptum est *cum propositione* (*praepositione* G V a b p) nec Vertranii correctio *cum R positione* Scioppio recepta ex omni parte sufficit. idem vocabulum corruptum § 63 extat *disputatio et computatio et propositione putandi quod valet purum facere*, ubi item G H a b *praepositione*. Nostrum locum M leviter sic mutavit . . . *alterum cum* . . . *dicitur nunc ornamentum quod sicut osnamenta scenici* . . . *gravius locum corruptum sive suo ingenio sive libri auxilio Laetus* . . . *inde omen et ornamentum* . . . *alterum cum propositione dicitur nunc ornamentum, olim osnamenta ut scenici populi que plerique dicunt*. hunc Laetum sequitur B,

sed ipsum codice usum esse docent verba quae a Laeto discrepant . . cum *praepositione dicitur vulgo nunc* . . vocabulum *populique* ex male scripto *plerique* natum esse certum videtur. Verum non modo deterioris notae codicem, qualis est M, sed etiam melioris generis critico nostro B praesto fuisse docet VII, 90 *conde* pro *crede*, quod M et Laetus praebent, item 52 graecum vocabulum *σάτρον*, ubi Laetus *cerdon* dat, de quo vide infra, ubi graeca eius critici censentur. Prima horum librorum verba *Quemadmodum . . . lingua latina* unus B omittit, fortasse quod initium libri colore ornandum erat. In Lucilii versu V, 63, quem Laetus non integrum dedit:

vis est vita vides, nos facere omnia cogit,

ubi optime omnes codices repetito vocabulo *vis* nos legunt, cur de suo *quae nos* mutaverit, mihi non constat. VIII, 31 F *sitienti* *poculum* *homini*, sic omissis signis omnes editi et scripti praeter unum a, in quo *poculum sitienti homini*, B vero verba sic reddit *sitienti homini poculum*, atque ita Victorius notam in F interpretatus est; casu hoc factum non esse apparet; usus est criticus noster codice, in quo eadem signa suprascripta erant quae in F et ipse transposuit aut verba ibi transposita invenerat.

V, 125 cartibuli, vasariae mensae, origo exponitur, *a gerendo cartibum potest dictum*, ubi vocabulum *cartibum* H V a p f exhibent, *cartibulum* sensus flagitat idque in G M b legitur, sed in G H M b non *potest*, sed *post* extat, ut Laetus inde haud inepte ediderit *a gerendo cartibum*, unde *cartibulum post dictum*, in quibus Victorius quidem ex F, cuius quaternio nunc deest, nihil mutavit, sed in eo nihil nisi *cartibum potest*, ut in f, fuisse certus sum; nec id a Varronis more abhorret ut VII, 58 *potest id ab arbitrio*, conf. V, 21, VI, 58, 60, 68, VII, 75. illud *post* si quis doctus in codice suo legit, facile eum movere poterat, ut servato *cartibum* locum qualem Laetus sive de suo sive alius auxilio dedit, suppleret; hoc invento usus emendator noster *a gerendo gestibulum*, unde *cartibulum post dictum* nobis suggestit; eo erat ingenio, ut ipse hoc investigaret. — VI, 2 locus corruptus in F sic est scriptus: *omnes verba ex verbis ita declinari scribunt, ut verba litteras alia assumant, alia mittant, alia commutent, ut fit in turdo in turdario. T. turdelice sic declinantes Graeci nostra nomina dicunt Leucienum Leucienon et Quinctium Quinction et Aristarchon Aristarchum et Diona Dionem; sic inquam consuetudo nostra multa declinavit ut a vetere ut ab solu solum, ab Libero Liberam, ab Lasibus Lares, quae obruta vetustate ut potero eruere conabor.* Turdi vocabulum non probat quod dictum est; trium enim generum exemplum requirimus, nunc duo eiusdem generis quod assumat litteras invenimus, sed Varro ipse hoc non videtur curasse. *T.* quid velit nescio. in G lacuna cum sic indicetur VIII, 23: *vocarunt* *T.* *utrumque* (desunt enim verba *ἀνομαλίαν*, cum ut ego arbitror), conficias *ET*, ut Laetus et *turdario* dedit; certe non est *in*, quod B scripsit. Latinum nomen quale fuerit, nomina enim, non praenomina esse puto.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

ambiguum.
potest. tan
male et
suffici
omittit
(Victoria
correctio
plena
efficit. Pa
non inter
fructu. qu
liberatio
esse pater
in gra
recto exp
docuit. ne
reges ad
V. 2 p
rebo in li
in re
retra ad
india va
treat. spe
V. 2 p
har dicit
hanc
treat. et
tup. riu
sunt. riu
pau. et
retra leg
efficit. ha
Dicitur
liberatio
V. 2 p
in
pau
retra leg
efficit. ha
V. 2 p
retra leg
efficit. ha

ambiguum, *Luceium* litteris proxime accedit, si *Lucienum* ferri non potest. tum transitus a Graecis ad Latinos deest, quem Laetus non male *et Ἀρίσταρχον illi, nos Aristarchum* supplevit, et sic B noster; sufficit fortasse *et nos Ἀρίσταρχον Aristarchum*.*) Verba a *vetere* omittit Laetus, noster vero invenit lacunam *ut a vetere . . . absolvo* (Victorius *sic ibi*), quam vulgata inserto *vetustum* explevit; dedita opera corrector hoc vetustate non obrutum neglexit. omnino cum et exemplorum numerus (semel tantum VI, 37 in alia re quattuor laudantur) offendat, Popmam verum vidisse puto scribentem *declinavit a vetere ut*; nam veterem consuetudinem a recentiore mutatam esse exemplis confirmatur, quorum duo prima quae fuerint incertum est; *ab loebeso liberum* edidit Müller, alterum *ut solui solitus sum* (de quo vid. IX, 107) esse poterat. haud feliciter igitur hunc locum tractavit.

In graecis quae profecerit emendator noster, ut eius temeritas recte cognoscatur, loci plus quadraginta mutati hic ex ordine enumerati doceant; verba ad editionem principem, nam simili usus est quem corrigeret codice, exhibemus.

V, 2 *graeci vocant etymologian, illam alteram, de quibus duabus rebus in his libris promiscue dicam.*

sic codices omnes praeter FMV, in quibus certa sunt vestigia verborum *alteram περὶ σημανομένων de quibus*. lacunam esse Rholandellus vidit, male *ἀναλογίαν* inserens, nec melius id quod noster invenit *synthesin*.

V, 36 *quos agros non colebant . . ab usu suo saltus nominarunt. haec etiam Graeci nostri Nemora.*

lacunam, quam ut Laetus etiam p praebet et noster in suo codice invenit, explevit vocabulo *νομῶς* Rholandellus, verum praebent FMV *νέμη*. criticus noster graece doctus scripsit *graeci ἄλσεα καὶ νομῶς nostri*, vulgata articulo addito *τὰ ἄλσεα*, idque ipsius manu profectum puto, ut *τὸν πύθειον . . τὰ γέρογερα . . τοῦ κύλικος* ab eo insertum leges. ceterum attende mirum illud *καὶ*; simplex verbum non sufficit, duo profert etyma eaque graeca particula coniungere solei, tam
καὶ augmentum.

liberalis ut etiam V, 112 variam lectionem sic indicet: *agumentum*. vides Italum graecissantem aut ipsum Graeculum.

V, 25 *unde sumi pote, puteus, nisi potius quod Aeoles dicebant ut sic potura a potu, non ut nunc A puteis*

priorem lacunam Rholandellus explevit *ut ποταμον sic* idque codices latinis litteris scriptum exhibent, posteriorem Victorius ex F *φρέαρ* restituens. Varro docet *Aeoles dicebant ut πύταμον, sic πύτειον, non ut nunc φρέαρ*. quid vero criticus noster? *nisi quod potius Aeoles dicebant ut τὸν πύθειον καὶ πατέμον, sic potura a potu, non ut nunc ἀπόσω*. Davus sum, non Oedipus, qui explicem postremum hoc

*) Idem ego amplexus sum in editione; sed pro *nos* Varronem *nostri* scripturum fuisse sero intellexi.

ἀπώσω et has ineptias aptiores reddam. (conf. similia infra ad V, 121 et VI, 84.) illud πατέμον esse ποταμόν apparet, at M critico nostro haud dubie antiquior, item editio vet. mirum hoc *patemon* praebet.

V, 26 *Stagnum a graeco quod nomen habet primam.*

(F a greco quod ii ΣΤΕΓΝΟΝ quod.) utrum noster in libro suo lacunam invenerit necne incertum; correxit *stagnum quod graece στάμων quod . . primum.*

V, 29. *Tiberis quod caput extra Latium . . nihil latinum, ut quod oritur ex Samnio Volturnus . .*

sic codices omnes, praeter FM, noster vero *latinum επινοδοτόν ut praebet*; nempe servavit quod in suo codice corruptum invenerat. in M scriptum est ΕΤΙΝΟΛΟΤΟΝ, cuius litterae ΛΟ si in ΔΩ mutantur, habes monstrum illud; est vero quod in F legitur *ετυμολογόν.*

V, 58 *nam neque quas Samothracia ante portas statuit, . hi . . dii . . sed hi mas et femina et hi quos augurum libri scriptos habent sic Divi potes sunt pro illo qui Samathraces. haec duo caelum et terra.*

sic Laetus sine lacunae indicio quam veteres explent *Samothraces θεοὶ δυνατοί. haec*, nec corrector noster lacunae signum in suo libro reperisse videtur; verba sic refingit . . *quas Ambracia . . hei . . sed hei . . et hei . . potes et sunt pro illis qui in Samothrece hei caelum . . certam Laeti correctionem Samothracia pro Ambracia aut ignoravit aut improbavit, Latinos vero ionicam formam in hoc vocabulo praefere bene tenuit; F non quas ambracia praebet.*

V, 76 *ut quidam graeci greges gergera.*

sic libri. B *ut quidam graeci τὰ γέργερα*; vides articulum iterum male insertum.

V, 77 *aquatilium vocabula . . foris murena quod myraena graece cisibium et thynnus, cuius item partes graecis vocabulis omnes, ut melandrya atque uraeon.*

vocabulum *cisibium* quod in libris variat, corruptum esse vidit, *cobium*, non *cybium* reddens, mutavitque locum, ut huius, non thynni partes melandrya et uraeon essent; sic enim scripsit: *murena quod muraena, tynnus κόβιον cuius item . .*

V, 96 *hinc est quod graecis illis usus bus bos, quod taurus, item ovis quod ois.*

sic Laetus, a quo differt M, *quod graecis usus quod his bos quod bus taurus quod item . . meliora affert F . . qui graecis usus, quod hys, bos quod BYC taurus quod item . .* iam corrector noster de suo dedit: *hinc est quod Graecis πρόβατον et bos βοῦς, quod taurus ταῦρος, item ovis οἰς.*

V, 96 *vitulus quod graece antiquitus itulus. codd. italos, graecas litteras B reddit ἰτοῦλος.*

V, 97 *Athenis in libris sacrorum scriptum est porce porco. Arias sic libri, nisi quod F porcae scribit; callide noster rem egit, qui*

infra ad V, 121
M critica nota
omnem praebet
viam.
inter in hris
quod graece
latina, u
omnem etiam
scriptum invenit
O M in ad me
nus etymolog.
u stetit, .M.
i scriptos habet
aut duo caelan
Samotheas
nam in suo libro
u sed
asthrece heic
re Anbracia ut
in hoc vocabulo
tocabam iterum
myraena graece
bulis omnes, ut
aptum esse vidit,
minus, non thunn
a: murena quod
s, quod tauru.
quod his bos quod
gracia mure, quod
mure mure de sui
s, quod tauru
m. italis, graecis
porca porca. Aris
autem rem equi, qu

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



quod pro
I I
exco
hoc qu
V
gr
Sic
grac
in lib
ter
V
com
dem
in L
ad
com
ch
a
dem
dem
V
se
eter
cal
p
es
pat
que
t
ed
re
I
V
et
re
re
re

quod prorsus incertum est reliquit; etenim Victorius ad illa verba sic:
 † *spatium relictum est*, sed vereor, ne quod vulgata non inepte
 excogitatum graece protulit, *κάπρω καὶ πόρω*, ut cetera omnia sic
 hoc quoque nostro debeat auctori, adeo convenit illud *καί*.

V, 101 *apri . . nisi si a graecis, quod apros.*

graecis litteris scripsit *απρος*, ut statim in verbis: *lepus quod e
 Siculis quidam graeci leporem*, ubi codex F *λέποριν*, noster lepide
 graecis litteris . . *in Siculis . . λέπορεμ* praebet. Similiter VII, 82 quod
 in libris est *andromachete*, hoc est *ἀνδρὶ μάχεται*, graecis induit lit-
 teris *Ἀνδρομαχήτη* scribens.

V, 103 *item haec graecis vocabulis serpyllum, rosa, una littera
 commutata, item ex his graecis latina coriandron malachen, cymionon,
 item lilium ab lirio et malva a malache et sysimbrium a sysimbrio.*

sic Laetus, B vero: *item ex graecis vocabulis herpilon rhodon
 addita et commutata una littera serpyllum rosa, item et graeca
 coriandron μαλάχη cymionon, item latina lilium ab λειρίον, malva
 ab malache et susimbrium a sysibriu.*

in quibus imprimis attende genitivum graecum a Varronis usu
 alienum ab *λειρίον* . . a *sysibriu* ab auctore haud dubie graece scriptum.
 idem supra in verbis *ruta quam nunc appellant* graecum vocabulum
nunc πριγανον in codice suo non invenit.

V, 106 *Milium a graeco, nam id melin. libum . .*

sic Laetus *melin.* praeter F soli VM litteras graecas servant, in
 ceteris est lacuna, et F quidem *ΜΕΛΙΝΗ*^H exhibet, quod probum est vo-
 cabulum. quid vero noster criticus? *id prius μέλην, post μέδιν, libum.*
μέλην est poculi genus ab hoc loco alienum; *μέλην* graece scriptum
 est ex *melin* quod Laetus dedit, et illud Aldus qui critico nostro aetate
 posterior est recepit, *μέδιν* vero unde haustum est? ni fallor ex M,
 quem saepius sequitur, ibi *ΜΕΔΙΝΗ* exstat, id in suo quoque libro in-
 ventum ita cum *melin* coniunxit, ut non more suo *μέλην καὶ μέδιν*,
 sed nova ratione nobis *prius μέλην, post μέδιν* procuderet. paulo
 supra *quod graeci* a quo ex codice suo reddit *κρόκην*; nam
 F cum aliis *id κρόκην* praebet.

V, 107 *caetera fere opera a vocabulis graecis sumpta ut thrion
 et placenta.*

B ut *triton θρύλλον καὶ τρύφον* et *placenta*, vulg. om. *triton*
 vel quod libri habent *thrion*.

V, 108 *olea ab elea quod ea antiquitus archemora.*

sic Laetus et B nisi quod *ab olea* scribit. M *antiquo*, veteres vero
eam attico orchemora, itaque Laetum aut codicem quo ille est usus,
 secutus est.

V, 111 *ab hoc Graecos puto appellasse.*

sic nullo lacunae indicio Laetus, noster *puto δυπλον ἤντερον*
appellasse, F verum *τυφλὸν ἔντερον* praebet. criticus noster invenisse
 videtur quod in M est *ΤΥΠΛΟΝ*, unde *δυπλον* finxit.

V, 112 *nacte ab eo quod greci* *Item greci singillatim ut ovium lana graecum ut Polybius et Callimachus scribunt.*

sic Laetus; veteres libri, i. e. F et qui hunc sequuntur, *matae ab eo quod greci ματτνε, item grecis singillatim haec ovum bulbum lana graecum* . . criticus noster quod in suo codice Laeto proximo legerat sic mutavit: *matae ab eo quod graeci μάτιαι καὶ μάπιαι, item graeci sigillatim ut οων lana, ut Polybius* . . nisi ipsum Laetum secutus est, vocabulum *bulbum* in libro suo non invenit et *lana* deleta male locum tractavit. sed unde duplex illud graecum vocabulum? reperit quod plerique nostri tenent *ματτνε*, in altero autem id quod M praestat *ΜΑΠΥε*, unde ne alterum utrum periret, utrumque coniungens de suo scripsit *μάτιαι καὶ μάπιαι*.

V, 118 *hinc graeci trullam.*

F: TRULLan, ut aperte graeca lateat vox; noster audacter supplevit *hinc graeci τροβλιον, nos trullam*. ex latinis graecum vocabulum natum non est, neque *τροβλιον* satis convenit, id infra indicatur.

V, 119 *postea accessit magnus cum graeco nomine.*

acute *μάγινος* reposuit, sed neque certa vox est et potius *nanus*, quod Turnebus invenit, requiritur.

V, 120 *tryblia et canistra* . . sunt graeca, *triplion* enim et *canastron* de graeca reliqua quod aperta sunt, unde sint relinquo.

F *canunun* pro *canastron*, noster . . graeca, *τροβλιον καὶ κανέον* graeca sunt.

V, 121 *a graeco cyliceo a poculo cylice qui illa capit.*

B: *a graeco τοῦ κύλικος* qui . . . Ibidem: *pocula a potione, unde potatio et etiam postea haec possunt a potio quod potos potio graece origo potionis*. B: . . *a potio πότω πώσως* graeca origo . .

V, 147 *ea loca etiam nunc Lacedaemonii vocant macellum, sed Iones ostia ortorum macellotas ortorum et castelli macelli.*

B . . *vocant μακελλώτας* . . ostia hortorum et castelli *μακελλούς*. supra V, 133 *parapechia* clamides (ubi M *parapecheia*) noster *παραπεχία κλάμυς* scribit.

V, 166 *feretrum nostri, graeci feretron.*

B apud Victorium *greci φέρτρον et φέρετρον*, magis ex more nostri vulg. *φέρτρον καὶ φέρετρον*. aut invenit in aliquo libro *feretron* aut ipse finxit hanc varietatem; conf. ad VII, 52. infra 168 *graeca sunt peristromata et peripetasmata* postrema duo omittit, nostri omnes servant.

V, 175 *dos* . . graece *dotine*, ita enim hoc Siculi, ab eodem *domum*, nam graece ut ipse *donion* ut alii . . Attici *dosin*.

sic Laetus et M, item B nisi quod hic ut ipse *δόμον* alii . . *δόσις*.

V, 179 *mutuum quod Siculi meton, itaque scribit Sophron meton anthymo.*

B . . *μοῖτον* . . *μοῖτον ἀνατίθημον*. verum est substantivum, non tamen ex Hesychio MDXIV primum edito haustum, sed ex M, qui cum aliis *moeton* scribit, alterum vocabulum inepte fictum suo ingenio debet.

Etiam propter
omnibus arboribus.
non sequitur, nec
autem haec non ha
omnibus. Lata pro
omnibus nec picea,
aut quoniam Lata
omnibus et haec in
omnibus vocabulis? o
omnibus autem si qu
n. utrumque conat

omnibus videtur
omnibus graecum ver
omnibus, id est ad
omnibus nomine.

omnibus et potus nec

omnibus enim et o
omnibus aut reliqua.

omnibus nec xeris

omnibus illa capit.

omnibus pecula a potus.

omnibus quod potus potus

omnibus graeca origo.

omnibus autem macellum, sed

omnibus macella.

omnibus et castelli iuxta:

omnibus parapechia) nosse

omnibus quia, magis ex more

omnibus aliquo libro ferunt

omnibus ultra 168 graeca non

omnibus nosse omnes servat.

omnibus ferunt, ad eodem lo

omnibus quibus data.

omnibus hinc autem . . . hinc

omnibus ubi Sophron nota

omnibus est substantivum, non

omnibus est ex M. qui cum illis

omnibus in aperto debet.

[The main body of the page contains very faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the leaf. The text is too light to transcribe accurately.]

V, 182 *stipa ab* fortasse *graeco verbo.*

sic lacunam Laetus quam veteres STOEBE iuste explet, i. e. *stips* ab *στοιβή*, noster *στόνε*, quod nihil est, scripsit; corruptum quod in suo codice invenit, reddidit; sic in M est CTOPE, quod non multum ab isto *στόνε* discrepat, porro sine causa mutavit *graeco vocabulo.*

VI, 9 *ver . . nisi quod Iones dicunt ver.*

sic Laetus solus, libri *dicunt et ver*, i. e. *ἦρ* ver, noster particulam non agnoscit sua auctoritate *dicunt βηρ* ver mutans.

VI, 10 *putabant inter prioris mensis senescentis extremum diem et novam lunam esse diem, quem diligentius Attici menecenean appellarunt.*

sic libri, id est *ἔτην καὶ νέαν*, noster novum monstrum *μηνη-κοϊάν* finxit.

VI, 11 *aevum . . hinc aeviternum, quod factum est aeternum, id ait Chrisippus esse* Ab eo Plautus . .

sic solus Laetus cuius lacunam noster addito vocabulo *αἰῶνα* explet, at libri omnes sic . . *aeternum quod Graeci αἰῶνα, id ait Chrysippus esse* ΕΟΝ. Ab . . ergo Laeti editione usus est, nisi huius codex ei ad manum fuerat.

VI, 39 *quare si etymologos principia verborum postulet mille.*

sine causa noster *ἔτυμολογία*. ibidem *ideo locutus difficillimus est quod neque his fere societas cum graeca lingua neque . . sic Laetus, B difficillimus est* *τάτυνα* quod neque . . quid hoc? in F est ΤΥΜΑ, h. e. *ἔτυμα*, itaque graecas litteras invenit in suo libro, in M vero extat est ΤΥΝΑ, quod criticus addito articulo auxisse videtur.

VI, 84 *quod graece golo, latine gustat . . ab eadem lingua quod poton potio, unde poculum.*

sic Laetus, F *geuete*, M vero *Γοῖκο*, unde Laeti *golo* fluxisse videtur, noster B *graece γεύω*, *gusto latine . . ab eadem lingua πότω, unde potio, unde poculum.*

VI, 96 longiorem locum quo Varro latina verba cum graecis comparat, quemadmodum noster aliis transpositis, aliis deletis interpolavit, integrum descripsimus: *ut scalpere sternere, lingere, ferre, providere errare, quae omnia graeca sunt, item ab γίγνομαι gigno et ab eo quod dicunt στραγγαλέειν strangulare, θιγάειν linguere, praeterea μαλακίζειν, ab eo nos ut gargarizare, sic malaxare, potare, domare, mulgere ab ἀμέλειν, ut runcinare a runcina, cuius origo graeca ῥίγχος.*

VII, 52 *latrones . . et qui conducebantur, ea enim merces dicitur graece cerdon.*

sic Laetus et ceteri usque ad Aldum qui graecum vocabulum *κέρδος* scripsit; iam in M extat ΚΕΡδωρ mala coniectura illatum, nam veteres exhibent *σατρον*. emendator noster B omisso *graece*, quod cur negligeret, nulla erat causa, *merces dicitur λάτρον et σάτρον*. hoc vetustiore quoque codicem, in quo *σατρον* erat, ut in F H a, ei ad

manum fuisse probatur, ipse coniectura verum invenit *λάτρον*, sed ne quod in codice invenerat, perditum iret, more suo utrumque coniungens scripsit *λάτρον et σάτρον*, vel ut vulgata dedit *λάτρον και σάτρον*; conf. supra ad V, 166.

VIII, 23 de eo Graeci Latinique libros fecerunt multos, partim cum alii putarent in loquendo ea verba sequi oportere, quae ab similibus similiter essent declinata, quas appellarunt *ἀναλογίας*, alii cum id negligendum putarent ac potius sequendam dissimilitudinem, quae in consuetudine est, quam vocarunt *ἀνωμαλίαν*.

in his quae aperta sunt libri omnes sequendam similitudinem quae, tum Laetus graecum vocabulum *ἀνωμαλίαν*, cuius vestigia FM servant, omittit, Rholandellus vero explet addens *συνήθειαν* idque editiones omnes usque ad Augustini vulgatam tenent. mirum, unde Rholandellus qui bonos semper libros sequitur neque coniecturis abutitur, hoc sumpserit, sed multo magis mirum quod Victorius ex B adnotavit: ac potius sequendam *συνήθειαν dissimilitudinem quae . . . quam etiam vocant δμάλειαν*, unde vulg. dedit *sequendam συνήθειαν dissimilitudinemque quae . . . quam etiam vocant ἀνωμαλίαν*. Graeculum hunc esse audaci ingenio in latinis luxuriantem credas; nam eum *δμάλειαν*, non *ἀνωμαλίαν* voluisse additum etiam docet. Utrum ex hoc B hausit Rholandellus istud *quam vocant συνήθειαν*, an hic ex illo? nam casu id factum non est. at graecum potius verbo *consuetudine* adscriptum videtur. Quid vero illi *dissimilitudinem*, quae proba est correctio, commune est cum hac *συνήθεια*? fortasse doctus ille indicare voluit hanc similitudinis *συνήθειαν* re vera esse dissimilitudinem, ut praeter morem suum Varronis verba *similitudinem quae in consuetudine est* his explanaret, non emendaret; quicquid est, egregie invento suo *δμάλειαν* lapsus est, vocabulo ex glossariis solis noto (*δμάλια* planitudo), cum totius loci sententia aperte centies in his libris repetitum vocabulum anomaliae flagitaret. hoc exemplum veterem librum F et qui hunc sequuntur solos audiendos, doctorum saec. XV commenta fere semper negligenda esse docet.

Quae graeca quamquam nullius sunt pretii, tamen latina quaedam iure suo restituit, et nisi malo mutandi pruritu ductus esset,*) haud dubie meliora profecisset; VIII, 9 *etiam vixerat magis cur*, enumerantur adverbium corripitque Laetus *vix*, melius noster *vix magis cras*, sed verba quod transposuerit non video. Verbis VI, 31, 32 *Dies qui vocatur sic: quando Rex comitiavit, Fas* acutissime ex Calendariis litteras praeposuit *sic. Q. R. C. F.* et fortasse ipse *notatur* scripsit,

*) Quidquid a vulgari usu recedit mutando removit, ut VIII, 7 *fortasse an in quibusdam sint lapsi*, in qua formula Varroni coniunctivus solemniter est, criticus noster B: *forsitan in quibusdam sunt lapsi*.

opus, ad se
truncque co-
lucrope an
salus, per
que d
colucrope, di
militiam,
indiam que
in VII seruo
colucrope edine
de Kolobole
abatur, he
abatur: a
em que ...
sequenda cr
m etiam etia
in latus ter
ter ubique at
dus etia que
latus non et
atur. Qui rei
tine est cum lo
militiam cr
m cum Ve
explaret, no
tunc lapis est
cum latus loc
latus amalia
hanc sequunt
emper negligi
non latus quatu
latus esse,*) lat
que esse, emere
que magi ora
A. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text appears to be a list or a series of entries, possibly related to a calendar or a historical record.]

et VII 7 facta
et numerus sunt
sunt.

non roca
V. 145
parte r
VII. 50
Al
ut acc
generis
anale
IX. 2
hoc
eter
non
itaq
§ 24
sequ
in h
vero
tur
qu
An
scis
mo
sq
in
qu
m
br
T
S
F
d
es
tr
d
S
q
t
p

non vocatur.*) VII, 107 in dolo ex Nonio correxit in *Doloreste*. V, 145 corruptum locum: *in oppido vici a via, quod dextra qui parte viae sunt aedificia*, egregie quod ex utraque parte emendavit. VII, 50 Laetus *Turpilius*, codices *opillus*, B recte *Opilius*.

Alia sunt, quibus ipse quidem non recte manum admovit, sed quae ut accuratius examinentur, monent, quod ut fiat nos invitat; huius generis exemplum est IX, 23:

quae enim est pars mundi, quae non innumerabiles habeat analogias? caelum an mare an terra quae in his? ubi cum infra IX, 28 aves quae in aere sunt memorentur et ipse dicat: *an aliter hoc fit quam in aere in aqua?* acute post terra B inserit *an aer et cetera*, quae facile intercidere poterant, sed illud *cetera* his aptum non est; distinguuntur enim a mundi partibus ea quae in his sunt, itaque non recte *cetera* dicitur pro *et ea vel et quae*. praeterea infra § 26 post *scripsi* lacunam indicavit Scioppius, haud dubie quod quae sequuntur non terram ipsam, ut superiora caelum et mare, sed ea quae in hac sunt exponerent, ut deinde quae in aere, in aqua existunt. tum vero non convenit, quod denuo quae in terra sunt animalia comparantur; itaque fructuum genera, flumina, montes terram ipsam indicant, a quibus terrestria animalia separantur, ut potius § 27 post verba *habet Asia* et aeris mentionem et eorum quae in caelo sunt intercisisse conicias. at nihil desideratur, quod recte iam Müller in addend. p. 305 monuit; caelum, mare, terra memorantur, tum animalia quae in aere, aqua, terra sunt, h. e. *αἰθήρ* et *ἄηρ* hac in causa non distinguuntur. nihilo minus haereas in verbis *quae in his*, utrum sufficiant necne; *an quae* voluit Müller, *quaeque* ego conieci, quod num auctoris usus admittat, quaeritur; puto neutrum flagitari et quod libri exhibent probum esse.

Ingenii et insignis doctrinae exemplum V, 74 invenimus de aris Tatii regis voto Romae dedicatis:

nam ut annales dicunt, vovit Opi Florae Vediovi Saturnoque Soli Lunae Volcano et Summano itemque Larundae Termino Quirino Fortumno Laribus Dianae Lucinaeque.

ubi postrema verba in B sunt *Dianae Cloacinaeque*. miram hanc deam Dianae adhaerentem ut alia multa animi causa ex ingenio sumptam esse censui, nec in Dionysio II, 50, qui eandem rem tractat, quidquam traditum est; postea vero eius originem in Augustini libro de civitate dei IV, 23 reperimus: *ut quid Titus Tatius addidit Saturnum Opem Solem Lunam Vulcanum Lucem et quoscunque alios addidit, inter quos etiam deam Cloacinam Felicitate neglecta?* Augustinum ex Var-

*) Recentior ergo est criticus noster repertis illis Calendariis quae seculum est; ceterum *notatur*, quod iam Augustinus probavit, Müller iure repudiavit; non enim quomodo illi dies notentur, sed quomodo vocentur, exponit Varro.

ronis antiquitatibus plurima hausisse constat, idem VI, 10 ex Senecae libro contra superstitiones: *Cloacinam Tatius dedicavit deam*; putavit igitur iure suo doctus corrector horum locorum haud immemor eum honorem Cloacinae ex annalium auctoritate, quos nuper Ennii quidam esse putantes numeris innumeris vinxerunt, etiam in libro de lingua latina negandum non esse et Lucinae loco Cloacinam substituit. Se ipsum in hariolando superavit V, 57:

principes Dei Caelum et Terra. hi dei idem qui Aegypti Serapis et Isis, etsi Harpocrates digito significat, ut TA TAS EAM, idem principes in Latio Saturnus et Ops.

sic F (non quod Victorius refert *taceas eam*), item ceteri, sed disiunctum *tata seamidem principes*, Laetus illa omittit *ut idem* coniungens, Politianus *taceas*, Turnebus *taceam* corrigit; interpolator noster haec ita reddit: *principes dei . . hiei de idem qui in Aegypto Serapis . . significat, qui sunt Tautes et Aschartem apud Phoenicas, ut idem principes . .* atque Anton. Augustinus *Astarte* scribens recepit. Quis ex his Varronis verba divinando restituere poterat? has interpolationes omnes exturbasse prioris editionis nostrae erat meritum.

Ant. Augustini recensio hac nullius fidei auctoritate nixa saepius a Gallis et Batavis, postremo MDCCLXXXVIII Biponti recusa ad nostram usque aetatem omnibus probabatur, quamquam iam decem post lustra MDCV novam curaverat editionem Gasp. Scioppius*) memoratu dignissimam, sed adeo raram seu neglectam, ut praeter Fred. Gronovium neminem qui Varronis verba ex ea laudavit invenias. Scioppius de his Varronis libris suaque eorum editione in praefatione haec dicit: *Quid enim, si verum quaerimus, in his de lingua latina libris legimus, quod neque inepti hominis neque ingenio et otio intemperanter abutentis industria studioque non potius alienum et indignum quam et decorum consentaneumque existimari debeat? quam inania et contemnenda, quam levitatis et futilitatis plena, quam denique bona fide grammatica sunt quae hic de verbis scribit pleraque omnia? . . . Et vero non vereor, ne hac mea non tam de scriptore quam de his ipsis libris iudicii libertate gratiam emendatione librorum eius collectam effundam et audire merear*

ἀπόλεσας τὸν οἶνον ἐπιχέας ὕδωρ.

*) *M. Terentii Varronis de lingua latina nova editio. Gasp. Scioppius recensuit. Sapiens dominabitur astris. Cum gratia et privilegio Caesareae Maiest. Ingolstadii, ex Typographeo Adami Sartorii. Anno domini MDCV.* in minima forma, cuius sub finem p. 238: *Gasp. Scioppius Patricius Urbis Romae et sacri apostol. palat. aulaeq. lateran. comes recensuit.* Qui de huius editoris vita et moribus plura quaeret, ea in H. Kowalleki dissertatione Ueber Gaspar Scioppius (Forschungen zur deutschen Geschichte XI, 401—82) egregie collecta et exposita inveniet; philologica quidem Scioppii studia et labores parum attingit p. 407, 412, nam huius ecclesiae tribuni vita publicis gravioris momenti certaminibus turbata est, sed Scioppium aliorum inventa sibi vindicasse docent etiam ea quae ibi p. 438 leguntur.

11. 19 et bene
ad dom; pater
ad numerus no
per Eam quia
libro de legi
in substat. 5

Scoppii Serp
TAS CAM, in

litem ceteri, ut
ut et idem co
interpolator not
in Aegypto b
apud Phoenicia
aria scribens re
re potera? In
re erat merita
de nra stupor
curia ad notra
litem post locu
) memorata de
Fred. Gronovii
Scioppius è
hinc haec dicit
libris legimus
imperanter ab
supremam quam
onia et conten
sique bona sibi
et omnia? ...
re quam de hi
verum eius col-

n. Casp. Scioppia
privilegia Cantuar
nae domini MDC.
nae Publicia (Gri
reventi. Qui è
walleki Diss
antiquarum Geschie
philologia quaten
an huius ecclesie
ita est, sed Sciop
di p. 435 legitur.

[The main body of the page contains extremely faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the leaf. The text is too light to transcribe accurately.]

Quae cum p
ingeniositate
exceptas
uiper
mentis
meruisse
hanc
operum
innotuit
illorum
sine illa
qui ha
contem
uiper
paulo
et in
certis
critum
de mat
remas
a re
ant. N
tentia
que
Callid
Faer
tur
intra
seque
edific
Vano
liber
se Fa
pud op
halm
atq
si ad
veru
expet
negre
solu
mili
mili
end

Quae enim partim per me ipsum, partim Gabrielis Faerni hominis ingeniosissimi et doctissimi, cuius ex veteribus Varronis codicibus exceptas lectiones Fulvius Ursinus meus transcripserat, ipsius denique Fulvii opera adiutus in restituendis Romani hominis monumentis Romanus ipse praestiti, ea non vereor ne non ultro CIVICAM meruisse me vociferentur, si quis modo cum prioribus editionibus hanc nostram studiose contendere et comparare velit: in qua ut operam sedulo dedimus, ne quid nisi de auctoritate veterum librorum immutarem, ita penitus omnique ex parte recte se habere codicum illorum scripturam praestare nequaquam volumus. Atque hoc consilio sine ullis scholiis et observationibus libros hosce exire volui, ut ne quis hac una editione contentus reliquas consulere nihil moretur aut contemnat, quas notis Augustini, Vertranii et Turnebi, ingeniosissimisque denique Iosephi Scaligeri Coniectaneis auctas nemini non paullo humaniori studiose lectitandas existimo. Sane civicam meruit, at non sua sed aliorum opera; istum per se ipsum nihil praestitisse certus sum; non enim is erat Scioppius, qui horum librorum artem criticam exerceret, et falso dixit sedulo se operam dedisse, ne quid nisi de auctoritate veterum librorum immutaretur; nam laude digna est haec recensio, quod plurima quae corrupta in omnibus libris extant, acute et vere ex ingenio correctae, alia invitis codicibus suppleta, alia deleta sunt. Non desunt tamen quae iure vituperes, quaedam nimis temere tentata sunt, et iusto saepius sequitur vulgatam Augustini; nec enim quae esset librorum scriptorum ratio, critici illius aetatis perspiciebant. Callide, ne quis fraudem detegeret aut ipsum accusaret, se Gabrielis Faerni (1561 †) et Fulvii Ursini (1600 †) copiis instructum esse fateatur, plura huius conamina in margine indicans, ut reliqua ipsius esse inventa censeas. Iam perscrutare Ursini scripta et invenies Varronem saepissime emendatum et correctum, quae omnia fere tacite in Scioppii editionem transierunt; quodsi istius plurima evolveris volumina, rarissime Varronis verba excussa videbis, et si quando mentionem facit, ineptissime fabulatur, ut Parad. Litter. (MDCXXVIII) p. 75: *at enim valde vereor, ne Varroni ea in re fiat iniuria; nam in Ingolstadiensis eius editione fide optimarum membranarum, quibus Faernus usus fuerat, ita scriptum habemus: Cum perventum est ad millenarium, adsumit singulare neutrum, quod dicitur Hoc mille, a quo multitudinis sit Millia. verum tamen sic quoque tenebrosus est Varronis locus, neque facile quisquam, quid verba eius sibi velint, expediverit.* inde haec ex Faerni codicibus restituta esse credas, sed ex ingenio sunt correctae (non Scioppii, qui ipse se haec intellegere negat, sed) Itali cuiusdam, haud dubie Ursini, qui quod omnes codices exhibent mille quartum in millenarium mutavit, vocabulo *denarium*, quod post mille, et *denaria*, quod post *milia* in omnibus libris additum est, deletis. conf. IX, 82.

A Faerno iam Augustinum in curanda editione sua adiutum esse

eumque pleraque emendasse supra vidimus. nisi igitur postea hos Varonis libros denuo recensuit, quod probabile non videtur, nescio quae nova ex illo in Scioppii recensionem transierint, nec quibus codicibus usus sit constat (Mediceus enim omnes praeter Victorium latuit); sed si quid singulare in Scioppii editione apparet quod in nostrorum aliquo inveniatur, id non reticimus. semel tantum eius in margine mentionem facit ad VIII, 10 *et in his rebus quae copulae sunt ac his iunguntur verba* addens *Faernus debebat ac.* id iam Augustinus monuerat: *atque heis scribendum vel ac delendum, ut Faerno nostro placet*, c enim primus *ac* sequente vocali non dici, sed *atque* ad Cic. Philipp. i II, 10 docuit. at mirus est Faernus illud *ac* delens; nam omnes editiones ante vulgatam, omnes codices pronomen *his* ignorant, solus B *heis* inserit et ex hoc uno Augustinus vulgatae *heis* intulit, ut nesciam quae Faerni fuerint copiae, nisi forte ipse isto B vel simili libro est usus, reliquis vero i. e. integro fonti nullam habuit fidem. ceterum male *heis* inseruit corrector, debebat potius *ac iungunt, verba* scribere quod Müller vidit.

In margine saepius Turnebi et Fulv. Ursini apparent nomina, et huius quidem egregii viri coniecturae aliunde non notae hae sunt:

V, 28 *item Antemnae quod ante amnem qui influit in Tiberim, quod in bello male acceptum consenuit*] *Fulv. Ursin. in velo mali accipi consuevit.* intelligit antennas velis ornatas malorum, sed neque recte hoc dictum est et iuvenilius excogitatum quam ut possit probari.

V, 74 *Lucinaeque*] *Fulv. Ursinus Cluacinaeque*, id ex Augustini loco de civ. dei, sed iam vulg. ex B *Cloacinaeque* praebet. conf. supra p. XXVII.

V, 77 *cuius*] *V. C. quoius. Fulvius putat esse nomen piscis depravatam.*

§ 96 *usus hys*] *Ful. Ursin. sus ὄγ.*

98 *nostris ariuga*] *Fulvius aringa, ut paulo post: arvigem] al. aringem, al. ariugem.*

105 *χρόχεν*] *Fulv. Ursinus χρόχην.* ita iam Aldus, illud codices exhibent.

116 *tunicam*] *Fulv. loricam.*

123 *δεπέσταν*] *δέπαστρον Fulvius.* ita iam Augustinus ex Poll. XI (immo Athen. XI, 468, apud Poll. X, 75 extat *λεπαστή*). a Fulvio fort. acceptum Augustinus hoc ut alia rettulit; rectius *λεπαστάν* Müller scripsit.

127 *ab urbo*] *Fulv. a bura.* idem paulo post Augustinus pro *urbum.*

153 *a muris parte*] *Fulv. Ursinus murcis.*

159 *iniceret*] *Fulv. inigeret,* recte; ita etiam Scaliger.

166 *sublimes*] *Fulv. subices.* at subices non in lecticis ponebant, sed lecticas subicibus imponebant, idque voluisse videtur, finxit vero ex Enniano *sublimes subices.*

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

... et Augustus in ...

VI.
alian
VI.
§

stat.

bu
T
ap
qu
rig
no
ed
A
pr
so
ac
de
ch



- 182 *stipa a stoepe*] *F. Urs. a στοιβάζειν*, non verbum, sed vocabulum requiritur, idque est *στοιβή*.
- VI, 18 *virgam*] *Fulv. Ursin. ex Macrob. lac legendum putabat.* aliam fabulam sequi videtur Varro.
- VI, 51 *adiacendo*] *Fulv. Ursin. a dicendo*, optime.
- § 71 *suae spontis*] *Fulv. Ursin. sponti.* dativus inusitatus est.
- 86 *tabulis*] *Fulv. Ursin. commentariis vel libris*, Agellius 2, c. 10.
- 90 *circum aras*] *Fulv. Ursin. moeros*, egregie.
- 90 *Rogum*] *Fulv. Rocum*, quod est *Creperei cognomen.*
Idem legit: auspiciorum endo sede dum aut, ut reliqua sint gloss. Plin. 18, 3.
- VII, 7 *Fulv. Urs. id est hemisphaerium, ubi terra caelo saepto stat, ut ait Naevius.*
- § 16 *dii*] *Fulv. Ursin. alii.*
- 17 *caeli ac terrae linea*] *Fulv. Ursin. tetragoni linea.*
- 21 *Cassius*] *Ful. Ursin. C. Attius.* nescio, unde sit *Cassius*, nam libri quasi praebent.
- 27 *est*] *Ful. Urs. ex, recte.*
- 28 *carioreas*] *Ful. Urs. caries eas, malim Charoneas.* vix ex Scioppii ingenio hoc natum, *carioras libri*, unde *cariosas* coniecimus.
- 57 *adscriptos*] *Ful. Urs. adscriptum*, recte, si accusativus *ferentarios* pro nominativo sic ferri potest, sed attractio videtur pro: et eos *ferentarios* esse *adscriptum*.
- 58 *arbitrio*] *Ful. accio.*
- 63 *alii*] *Ful. Urs. Aelius*, satis infeliciter.
- 99 *ferre quem oportet*] *Ful. Ursin. fert qui quae oportet.*
- 106 *Acilium*] *Ful. Urs. Caecilius.* at in libris est *apud Atilium.*
- IX, 34 *ut ab Romulo Roma a Tibure Tiburtes*] *Ful. Urs. Tiburno*, id si dedit, necessario, quod neglexit Scioppius, *a Tiburno Tibur* correxit, ut urbis nomen a conditore derivatum conveniret; id aptum quidem, sed non requiritur, nec vulgatam mutandam esse censeo.
- Haec quidem pleraque dubia non magni sunt momenti, maximi vero quae tacite in ordinem recepta leguntur, v. c. V, 143 editum erat: *cippi pomerii stant et circum arae quaedam et circum Romam*; urbis nomen flagitari doctus quidam Italus perspexit, unde in B *circum areolam ardeam et invenitur*, ex quo Augustinus *Ardolam Ardeam et edidit*, in libris vero exstat *circum ars clamet circum*, unde *circum Ariciam et circum* apud Scioppium emendatum legitur. V, 98 recte *vi* pro *ut*, VII, 67 *bovis* pro *vobis* emendatum, IX, 2 *iei qui* scripsit solus pro *ii*, statim vero *iei* cum F, ubi codices *lei*, ut § 5. VI, 4 acutissime in Scioppii editione a Varrone primum solis quotidianum, deinde annuum describi cursum intellectum est, et posterior § 8 verbis: *alter motus solis est alter caeli, quod movetur a bruma ad solstitium*

deletis vocabulis *alter caeli integer adest*, prior vero corruptissime in his latet: *tempus esse dicunt intervallum mundi et motus. id divisum in partes aliquot ab solis et lunae cursu. itaque ab eorum tenore temperato tempus dictum, unde tempestiva et a motu eorum qui toto caelo coniunctus mundus deo. Motus casu venit, quo tempus id ab hoc deo dies appellatur.* iam in Scioppii editione invenimus excusum: *. . . tempus dictum, unde tempestas: unus motus solis est, quo toto coniunctus mundo ab ortu in occasum venit, tempus id ab hoc deo dies appellatur.* audacissime quidem haec sunt inlata, sed ad rem et sensum quod attinet verissime, digna sane Fulvii Ursini ingenio, nec enim aliunde nata existimo, in quo miror auctorem huius emendationis codicum vestigia non artius pressisse; nam Laetus quem editores secuti sunt, de suo *deus motus* dedit, scripti libri omnes exhibent *duo motus casu venit*, unde in medio lacunam inesse duorumque motuum priorem quotidianum solis qui dicitur cursum describi apparet; id ut perspiceretur totusque Varronis locus recte intelligeretur, Scioppiana debemus recensionem.

VI, 31 *Dies qui vocatur sic: quando rex comitiavit, fas. is dictus ab eo quod eo die rex sacrificulus dicat ad comitium, ad quod tempus est nefas, ab eo fas.* Ursinus ad Festum p. 23 . . . quod eo die *rex sacrificulus itat ad comitium . . . sic enim legendus Varro, non ut amicus meus, quod eo die rex sacrificat ad comitium . . . ex Festi autem fragmento . . . TAT satis patet apud Varronem itat legendum esse pro dicat.* Quaeritur quis ille sit Fulvii amicus, nam hunc ipsum secutus est Scioppius in editione sua, neque in Festi exemplo p. 87, 16 (278, 15 M.) . . . TAT, sed . . . AT extat. Nisi igitur Ursinus ipse sententiam suam mutavit, aliorum etiam ineditis copiis Scioppius usus est; quidquid est, multas ei debemus gratias, qui utinam omnes omnium doctorum illius aetatis curas Varroni feliciter navatas seu iure seu iniuria conquisitas in publicum edidisset! nam multum haec nos adjuvat recensio, quam Scioppii opera confectam non esse certissimum est.

Scioppius porro has lectiones in margine proponit, quas ab ipso profectas esse censeamus. V, 92 *miser a minus, cui minus nullo est] fort. nihilo*, potius *hilo* cum Palmerio; genetivum *nihili* agnoscit Varro, ablativum *nihilo* improbare videtur.

V, 117 *vallum vel quod ea varicare nemo possit] fort. opus sit.* quaeritur de varicandi significatione; si est *ὑπερβαλναι*, quod glossaria tradunt, sana est vulgata.

§ 138 *in aere] fort. area.*

172 *bes ut olim des] f. dues.*

178 *concessum. Si datur] f. concessum sit. Datum, sic nostri Vp.*

VI, 64 *homine] f. nomine, male.*

§ 80 *Actiacum] f. Attiacum.*

VII, 11 *quis] f. nam quis, invitis numeris.*

vera corruptio
et motus. id dicitur
per ab eorum
mota eorum pa
qua tempo
invenimus ex
nulla est, qu
mota id ab ho
mota, sed ad re
Ursum ingenio
in hunc emendat
quoniam editores
exhibent duo no
quoniam motum pro
mota; id ut per
Scioppius dicit

dicitur, fas. is dicitur
ad quod temp
... quod is
epidicus Varro, v
minum... et Tu
nem ita legendu
nam hunc ipse
exemplo p. 57.
Ursum ipse se
Scioppius usus
omnes omni
seu iure seu
in haec nos ad
certissimum est.
omni, quas ab ip
tuis minus nullo
nihil agnosci Var

omni] fort. opus
dicitur, quod fuisse

an sit. Dicitur.

[The main body of the page is mostly blank, with some faint, illegible markings and bleed-through from the reverse side.]

[The right edge of the page shows some faint, illegible markings and bleed-through from the reverse side.]



The text on this page is extremely faint and illegible. It appears to be a list or a series of entries, possibly related to a historical or scientific record. The text is arranged in several columns and is mostly obscured by the low contrast of the scan.

S A
 IX
 ut VI
 machi
 nisi in
 sit. V
 sed t
 VII.
 pulat
 F. C.
 inda
 Gra
 a G
 ab
 a p
 scri
 ob
 zub
 lo
 pr
 es
 ep
 ap
 in
 th
 re
 s
 o
 P
 P
 a
 e
 t
 P
 f
 P

§ 41 *cum orato res maior erat*] *f. oratu.* at illud in nullo legitur libro, omnes *cum res maiore ratione* exhibent.

IX, 34 *quod et homines*] *f. ea.* ita libri scripti, Laetus et dedit.

Interdum codicum dicit lectiones, quae doctorum sunt commenta, ut VI, 67 *hinc nil me increpitando commoves*] *Alius V. C. hinc machinae in crepitando commovent.* in nullo libro varietas apparet, nisi in *p increpando*, ut qui illud excogitaverit ingenio male abusus sit. VI, 95 *inlicium*] *q. v. c. Ellegium.* in nullo hoc invenitur scripto, sed tacite ita Ciacconius ad col. rostr. p. 20 Varronis locum affert. VII, 12 *vellus tueor*] *Q. V. C. pupillum tueor*, quae aperta est interpolatio, nec *vellus* libri praebent, sed *bell.* VIII, 51 *indiligentius*] *q. V. C. indignantius.* egregia est emendatio *indiligentius*, nam libri omnes *indulgentius* praebent, in nullo vero inveni *indignantius*.

X, 37 *Sequitur tertius locus quae sit ratio et proportio, quae a Graecis vocatur ἀνάλογον, hinc dicta analogia*] *q. V. C. proportione. a Graeco vocatur ab ἀναλέγω dicta.* scriptoris usui adversatur illud ab *ἀναλέγω* nec in libris apparet. in his cum sit *ratio proportione a graecis vocantur analogon, ab analogo dicta analogia*, simpliciter scribendum est: *ratio proportione. ea Graecis vocatur ἀνάλογον, ab analogon dicta analogia.*

haec variis istorum codicum lectionibus aliunde non confirmatis nullam fidem esse habendam docent.

Nos fontem lectionis, i.e. codicem F in corruptis, ne coniecturae locus emendaturus deesset, in dubiis et incertis, ne deteriora melioribus praerferrentur, in omnibus fere, ut quae ex antiquitate nobis tradita essent constaret secuti sumus; huius integra addita est varietas neglectis apographis, quae ubi quid scitu aut memoratu haud indignum tradunt, apparent; quare et nostrae et aliorum opiniones haud improbabiles in inferiore margine indicantur et raro factum est, ut doctorum emendationes, nec nisi quae omni cavillatione viderentur esse superiores reciperentur.

Priorem nostram operam, quam nobis ipsis non placere confessi sumus,¹⁾ paulo post Odofr. Müller excepit; is qui iam antea in corruptis *esquilis* OVIS *lucum terticeps* OIS *lucum, quarticeps* OS *lucum* praepositiones OULS et CIS latere perspexerat²⁾ et huic critico muneri parem neque grammaticis inferiorem se ostendit, si minus celeriter Varroem absolvisset (eius enim editio inscripta est verbis: emendata et annotata anno MDCCCXXXIII), non dubito quin scriptori multo feliciorum operam praestitisset; insunt enim compluria, quae a nobis frustra tentata egregie expedit.³⁾

1) Emendat. Varron. specimen I. 1830.

2) Ueber die sacra Argeorum. Böttiger Archaeologie und Kunst 1828. p. 69—94.

3) conf. censuram nostram Jahrb. f. Philol. 1834. XI, 1—20. Zeitschr. f. Altert. 1846 nr. 18. Ueber die Kritik der Varr. Bücher de ling. lat. 1854. p. 20. Commentatio de emend. ratione librorum M. T. Varronis de l. l. 1858.

Spengel, Varro de lingua latina.

Carolus Lachmann, vir omnibus copiis quibus meliores redderet hos libros instructus, in Museo Rhen.¹⁾ et adnotationibus in Lucretium quosdam locos tractavit, qui nisi immatura morte abreptus esset, haud dubie nos hoc iterum edendi Varronem onere liberasset; monendi igitur amici, ne quae in eius scriniis latent intereant. Lectiones Varronianas scripsit Guil. Pape,²⁾ locum de urbe Roma edidit B. Ten Brink,³⁾ coniectanea Guil. Christ,⁴⁾ quaedam Nic. Madvig⁵⁾ misit aut sodales seminarii contulerunt;⁶⁾ quae vero nostra aetate plurima de Varronis operibus disputantur, hos libros non attingunt,⁷⁾ sed nuperime Aug. Wilmanns de Varronis libris grammaticis docte disseruit⁸⁾ et C. F. W. Müller editionis Müllerianae censuram exhibens multos locos sano tractavit iudicio.⁹⁾

II.

De Varronis de l. l. libris.

Haec Varronis operis fragmenta in F servata et lacera et valde corrupta nobis tradita sunt. ex foliorum numero, quae pluribus locis deerant, qualis fuerit codex unde noster descriptus est, ratione assequi licet.¹⁰⁾ constitit quaternionibus XVI, qui etsi non integri erant et in altero fortasse folium abundabat, in altero deficiebat,¹¹⁾ tamen in integros iure solvi possunt.

V, 162 *hic defecit exemplar foliis duobus.* intercidit folium IV et V quaternionis V.

VI, 97 *hic deest in exemplari folium I.* intercidit folium II quaternionis VII.

VII, 23 *hic deest in exemplari folium I.* intercidit folium VII quaternionis VII.

1) 1838, VI, 106. 1842, II, 356. 1845, III, 610.

2) Berol. 1829.

3) Trai. ad Rhen. 1855.

4) Philol. XVI, 450, XVII, 59, quibus ipse quaedam addidi XVII, 279—306.

5) haec nobis anno 1859 oblata nunc multis aliis additis in Adv. II, 165—78 (1873) edita leguntur.

6) ut Anton. Miller.

7) conf. Merkl in Die Varron. Literatur seit 1826 in Philol. XIII p. 683—751.

8) Berol. 1864.

9) Berol. 1865. Zeitschr. für Gymnasialwesen XIX, 421—24. 792—800. 867—74. Haec dudum iam nostro opere absoluto accepimus; quaedam eadem qua nos ratione restituit.

10) vid. Ueber die Kritik der Varronischen Bücher de l. l. p. 5—12.

11) codex F XXXVI foliis constans sic compositus est:

fol. I—XVI, duo quaterniones, quorum alter nunc deperditus est, fol. XVII—XXIII, septem folia, quorum duodevicesimum insertum est, fol. XXVIII—XXXII, novem folia, quaternio, cui ultimum folium adhaeret,

fol. XXXIII—XXXVI, duernio.

quibus videtur
adventum
morte dicitur
non esse liberum
intererat. Lectione
hinc videtur
Wadwig's
morte videtur
quodam, sed
non dicitur
non exhibens

et lacera
quae plerum
est, ratione
in integri erat
at, tamen in

intercidit folium
intercidit folium II
intercidit folium

addidi XVII, 27-30
addidi in 146
Philol. XII p. 681-5
XX, 421-24, 732-3
sequitur; quaedam
de l. l. p. 3-11
est
non sunt deperditae
diversimodum insertae
quo, cui alium



VII.
 X. 2
 Quate
 mois
 fol
 perspe
 quibus
 in
 consti
 septim
 partit
 quena
 iungre
 libro
 Prusa
 VII. 1
 rebu
 scrip
 tertio
 horum
 dicit
 eand
 ely
 die
 ren
 nisi
 a p
 tio
 per
 gra
 de
 die
 di
 ad
 re
 gra
 oz
 ca
 —
 VII

VIII, 84 deest quaternio XI.

X, 23 *hic desunt tria folia in exemplari.* sunt folia I. II. III quaternionis XV.

X, 34 *hic desunt tria folia.* sunt folia VI. VII. VIII quaternionis XV.

foliorum traiectionem libri quinti V, 41, 32 primus Buchananus perspexit; primum quinti quaternionis quarto praepositum turbam dedit, quibus commutatis omnia recte procedunt et conveniunt.

Integrum opus, cuius vigesimum quartum Priscianus laudat, XXV constituisse libris Originis docent verba,*⁾ argumentum ipse sub finem septimi describit: *quoniam omnis operis de lingua latina tris feci partis, primo quemadmodum vocabula imposita essent rebus, secundo quemadmodum ea in casus declinarentur, tertio quemadmodum coniungerentur, prima parte perpetrata, ut secundam ordiri possim, huic libro faciam finem; eadem ab initio octavi libri repetita leguntur.* Primam partem sex libris compositam, cuius priores tres desunt, paucis VII, 109 his comprehendit: *quare institutis sex libris quemadmodum rebus latina nomina essent imposita ad usum nostrum, e quis tris scripsi P. Septimio qui mihi fuit quaestor, tris tibi quorum hic est tertius, priores de disciplina verborum originis, posteriores de verborum originibus, in illis qui ante sunt, in primo volumine est quae dicantur cur ἐτυμολογική neque ars sit neque ea utilis sit, in secundo quae sint cur et ars ea sit et utilis sit, in tertio quae forma etymologiae. in secundis tribus quos ad te misi, item generatim discretis, primum in quo sunt origines verborum locorum et earum rerum quae in locis esse solent, secundum quibus vocabulis tempora sint notata et eae res quae in temporibus fiunt; tertius hic in quo a poetis item sumpta ut illa quae dixi in duobus libris soluta oratione.* conf. V, 1. hanc tripartitam rationem item secunda pars operis persequitur, VIII, 24 de analogia et anomalia: *de quibus utriusque generis declinationibus libros faciam bis ternos; prioris tris de earum declinationum disciplina, posteriores de eius disciplinae propaginibus. de prioribus primus erit hic quae contra similitudinem declinationum dicantur, secundus quae contra dissimilitudinem, tertius de similitudinum forma, de quibus quae expediero, singulis tribus, tum de alteris**⁾ totidem scribere ac dividere incipiam.* itaque alteros tres itidem divisit, si dis placet, ad loca et tempora et poetarum usum relatos, et si eadem concinnitate vel ingenii lusu tertiam partem gravissimam, quemadmodum vocabula coniungerentur, item primum *σχεπτικῶς καὶ θεωρητικῶς*, ut et contra syntaxin et pro ea et de ea verba faciat, aggressus est, tres supererant libri quibus veram ver-

*⁾ vid. Ritschl die Schriftstellerei des M. Terentius Varro p. 5, 44—48.

**⁾ requiritur vocabulum quod supra propagines eius disciplinae dixit ut VIII, 1, VIII, 20 *de copia verborum*, X, 33 *de formulis verborum*.

borum constructionem exponeret, quod ad locorum et temporum et poetarum rationem translatum, nisi lectorum risum captare voluit, vix factum esse credas. sic XVIII tenemus libros vel XIX; nam singularem primum, qui de omnibus praefaretur, praemissum esse grammaticorum testimoniis et codicis fide, quibus qui quartus, V est, qui nonus, X, constat. at erat opus XXV librorum. nova igitur hexas addita, nisi iam libro XIV, quo copiam tertiae partis, syntaxin, illustraret, alium ordinem secutus est. *) poterat vero quod in antiquitatum libris fecisse Augustinus refert etiam hic repetere. rerum humanarum erant XXV, divinarum XVI ex quadripartita ratione hominum, locorum, temporum, rerum; rerum igitur humanarum

sex libri de hominibus, qui agant,

sex libri de locis, ubi agant,

sex libri de temporibus, quando agant,

sex libri de rebus, quid agant.

sed unum singularem qui communiter prius de omnibus loqueretur in capite posuit. rerum divinarum erant

tres libri de hominibus qui exhibeant sacra,

tres libri de locis ubi exhibeant,

tres libri de temporibus, quando exhibeant,

tres libri de sacris, quid exhibeant;

sed quia oportebat et maxime id expectabatur, quibus exhibeant, de ipsis quoque diis tres conscripsit extremos, ut quinquies terni quindecim fierent, unum et his singularem, qui prius de omnibus loqueretur, apposuit. erant autem omnes illi quinquies terni iterum tripartiti, quos ut eandem divisionem triplicem in nostro quoque de lingua opere observatam esse appareat, hic referemus.

trium qui ad homines pertinent primus de pontificibus, secundus de auguribus, tertius de quindecim viris,

trium qui ad loca pertinent primus de sacellis, secundus de sacris aedibus, tertius de locis religiosis,

trium qui ad tempora pertinent primus de feriis, alter de ludis circensibus, tertius de scenicis,

trium qui ad sacra pertinent primus de consecrationibus, alter de sacris privatis, tertius de publicis,

trium qui ad deos pertinent primus de diis certis, secundus de incertis, tertius de diis praecipuis atque selectis.

haec igitur ne in nostro quidem opere divisionem tripartitam, novem libris comprobata, a Varrone in ceteris quindecim neglectam esse evincunt, et quemadmodum ibi quattuor trinis libris tres alios novos de diis subiecit, sic hic tribus senis eum sex alios item in his ternos divisos addidisse admodum probabile est. Sed mittamus deperdita quae nescimus, consideremus quae servata et ipsa dubia sunt.

*) conf. Wilmanns de Varronis libris grammaticis p. 20—2, 37.



Cu
 illos Va
 integri
 riores
 Cicer
 praef.
 celare
 limar
 loque
 illor
 et n
 per
 alor
 pote
 ten
 rati
 ips

su
 tri
 is
 e
 a
 a
 o
 e
 P
 P
 P
 w
 q
 f
 e
 c
 c
 t
 s
 i
 e

Cum tres primos libros P. Septumio, ceteros Ciceroni misisset, illos Varronem publicasse mihi constare videtur; quod si non fecisset, integrum opus, XXV libros, non XXII ei dedicasset. poterat iam posteriores tres primae partis ut illos priores ad Septumium, sic hos ad Ciceronem hac ratione ab eo laudari gestientem mittere. negat Müller praef. V—VII, quod in Academicis Atticus Varronem quae moliretur celare dicat, Varro ipse se magnum opus ad Ciceronem quod politius limaretur instituisse profiteatur. Quae Cicero ibi Atticum vel Varronem loquentem fingit, non ea sunt quae quodammodo persuadeant, ut hos libros in scriniis reconditos et ab homine litterarum amantiore exceptos, et ne penitus perirent, qua forma et specie incondita erant, librariis permissos, transcriptos, in publicum editos esse credamus. id neque aliorum testimonio neque ipsis libris admodum corruptis confirmari potest, et ne critici amplius maiore licentia in refingendis et pervertendis his fragmentis grassarentur, eorum argumenta et exempla accuratius examinata refutavimus.*) accedit Originis indicium Varronem ipsum ex XXV epitomen IX libris constantem fecisse.

De libro quinto.

Quinti libri duo folia in F transposita, quae supra memorata sunt, legentes non morantur, sed alia in iis quae infra leguntur traiectione esse videtur. Scriptor ipse quae expositurus sit indicat singulisque enarratis ad novam rem transit; V, 57: *immortalia et mortalia expediam, ita ut prius quod ad deos pertinet dicam.* § 75: *quod ad immortalis attinet haec; deinceps quod ad mortalis attinet videamus. de his animalia in tribus locis quod sunt, in aere, in aqua, in terra, a summa parte ad infimam descendam.* sic avium origines, deinde aquatilium, tum amphibiorum quae in terram exeunt explicantur; inde terram aggressus est § 80: *quae sunt hominum propria primum, deinde de pecore, tertio de feris scribam;* his expositis § 102 *τοῖς ζώοις* apte quae Graeci *ζῶντα* dicunt addit: *proxime animalia sunt ea quae vivere dicuntur neque habere animam ut virgulta.* Iam ea quae homines ipsi in usum comparaverunt sequuntur, ita ut et his quem sequatur ordinem rite tradat § 105: *quae manu facta sunt dicam, de victu, de vestitu, de instrumentis et si quid aliud videbitur his aptum.* Haec non eo quo debebant ordine exposita esse facile intelliges; victus verba leguntur 105—112: *de victu antiquissima puls . . . item graecis singillatim haec, ovum, bulbum.**)* *Lana graecum . . . purpura . . . poenicum . . . vides*

*) Ueber die Kritik der Varr. Bücher p. 15—46.

**) non sine causa haec duo vocabula *ovum*, *bulbum* Müllerum offenderunt; quid enim ista inter verba quae victus causa manu facta sunt? at quis haec alium praeter Varronem addidisse credat? haud improbabile igitur inde factos cibos memoratos esse; maiorem enim lacunam post bulbum intercedere certum est.

scriptorem nihil monitis legentibus a victu ad vestitum transire, in quo si etiam ea quibus milites armati et vestiti sunt enumerat, id mirum non est; exponit enim ut § 87 quae in re militari inveniuntur vocabula; magis mireris his coniuncta adhaerere quae longius absunt, ut est vallum, cervi, vinea, testudo, aries, sed et haec si non aequo, at iniquo animo ferenda sunt; dixit enim se additurum esse *et si quid aliud videbitur his aptum*. Quae vero § 118—28 *mensam escariam . . . bisellium dictum**) leguntur, inepte vestitus vocabulis interiecta sunt; redit enim ad vestitum muliebrem 129—33 *mundus muliebris . . . duplex virorum*. quid sibi volunt hic mensae, vasa aliaque supellex, quae vestium vocabula earumque origines dirumpunt? nam quae deinceps sequuntur usque ad libri quinti finem, pleraque conveniunt; tertium enim genus supra dictum apparet § 134—40 *instrumenta rustica quae serendi aut colendi fructus causa facta*. Sequuntur aedificia, oppidum et quae in oppido sunt, ut vici, qua in re statim Romae vicos, fora, loca et, ut supra vetusta Argeorum sacra, sic hic suae aetatis urbem et aedificia describit § 141—159, quo facto sic pergit: *quoniam vicus constat ex domibus, nunc earum vocabula videamus*. sunt autem haec, domus, aedis, cavum aedium, testudo, impluvium, tuscanicum, atrium, cella, penaria, cubiculum, caenaculum, tum post duorum foliorum lacunam porta Naevia, rauduscula, lavernalis, mugionis, romanula, Ianualis, unde Varronem aequae atque supra a domus porta ad Romae urbis portas transisse constat. his absolutis nova sequuntur lectulorum, denique pecuniae vocabula usque ad libri finem § 166—9 *super lectulis origines quas adverti haec . . . graeca sunt peristromata et peripetasmata, sic aliquid item convivii causa ibi multa. Pecuniae signatae vocabula sunt, aeris et argenti haec*.

Hic ordo rerum vulgaris cum stare nequeat et frustra ab Müllero ad § 105 defendatur, qua ratione difficultas solvi possit quaerendum. Trium generum eorum quae manu facta sunt, de victu, de vestitu, de instrumento, primi finem et alterius initium lacuna devoratum esse certum est, sed non minus certum, quod monuimus, secundo de vestitu male interiecta esse § 118—28 *mensam escariam . . . bisellium dictum*, domesticas res quae ad cenam et convivium pertinent. Tertium genus de instrumento ad finem usque haec tractat:

instrumenta rustica, quae serendi aut colendi fructus causa facta . . . frumentum § 134—138.

quibus comportatur fructus [ac] necessariae res . . . dictae § 139. de his quae iumenta ducunt . . . asses lignum § 139—140.

Aedificia nominata a parte ut multa . . .

*) verba quae sequuntur *Arca quod . . . armarium et armamentarium . . . declinata aliter iam a sedibus seiungenda esse censeo; cohaerent potius cum iis quae § 117 de re militari referuntur . . . ut vineae testudo aries, quibus transitus ad mundum muliebrem fit.*



oppidum . . . in oppido vici . . . quoniam vicus constat ex domibus, nunc earum vocabula videamus . . . anno apertam
§ 141—165.

Super lectulis origines quas adverti hae . . . causa ibi multa
§ 166—168.

Pecuniae signatae vocabula sunt . . . dicam § 169—184.

Huic igitur tertio generi illa quae secundo adhaerent inserenda sunt; nam ad convivium pertinent quae de mensa escaria, vinaria, vasaria leguntur; sed ubi vel quomodo non constat. Conicias haec lectulis sic addenda esse: *peripetasmata, sic alia. Quae convivii causa ibi, multa.* || *mensam escariam appellabant . . . bisellium dictum.* || *Pecuniae signatae . . .* — nam quod vulgo coniungunt *Multa pecuniae* praeter morem scriptoris dictum non placet, quamquam obstat gravis Prisciani auctoritas qui numeros e Varrone reddens a verbis *multa pecuniae* incipit, nisi eum iam turbatum codicem manibus tenuisse credas — itaque disiecta grammatici membra hac ratione componenda esse: *peripetasmata, sic item alia. Convivii causa ibi* || *mensam escariam cillibam appellabant . . . bisellium dictum.* || *Multa pecuniae . . .* nam quae in domo extat supellex enumerat et quae convivii causa ibi inveniuntur exponit. Sed offendunt sedes a lectulis separatae, neque quid lectulis sit commune portis Romanis quibus adhaerent, aut quid pecuniae sedibus adiectae apparet; potius sedes et lectuli coniungenda sunt: *mensam escariam . . . bisellium dictum* || *Super lectulis . . . peripetasmata, sic alia quae item convivii causa ibi multa* ||, et uterque locus a Varrone cenaculo quod § 162 pluribus exponit, ubi duorum foliorum lacuna extat, insertus esse videtur; § 165 post *anno apertam* quaedam intercidisse quibus transitus ad postremam libri partem, ad pecuniam, factus, iam Augustinus monuit secutique sunt Vertranus et Scioppius.

De libro sexto.

Liber sextus vocabula continet temporum et earum rerum quae in agendo fiunt vel cum tempore aliquo coniuncta dicuntur. Et illa quidem pars § 1—34 magna cura et diligentia exposita est, nam et naturalia et civilia tempora distincta sunt, qui dies deorum gratia, qui hominum causa constituti, ut quae desint, quae plura referantur, Fastis collatis intelligas. Difficultas in iis est quae cum tempore aliquo fiunt, quorum quum tripartitam actionem scriptor exhiberet cogitandi, dicendi, faciendi § 35—42, prima pars multa misere disiecta praestat 43—50, secunda melius servata 51—76, tertia faciendi initium dat 77—85, deinde aliena inserit, quae quid velint nescimus 86—95, ut paucis vocabulis expositis non minus mirus finis libro addatur 96—97. haec accuratius consideranda sunt.

Agitatus mentis etyma VI, 43—51 sequuntur hoc ordine, qui

quam malus et scriptore indignus sit ostendit: *cogitare, concilium, consilium* || *reminisci, comminisci, reminisci, meminisse, amens* || *metuo, tremo* || *curare, recordari, volo, libere* || *metuere, formido, pavor*, || *meminisse a memoria, monere, monumenta* ||, *maerere, laetari* || *narro*, quo postremo verbo ad secundum mentis gradum, h. e. ad dicendum transit. quae inter se cohaerent ab iis quae praecedunt et sequuntur aliena lineis interiectis indicavimus. Animi agitatus exponitur, ut a tranquillo statu ad maiores eius motus et turbidos et laetos transeat; itaque cohaerent . . . || *metuo, tremo* || *metuere, formido, pavor* || *maerere, laetari*, quod unum feliciter commoti animi verbum apparet, desideratur *gaudium*, ex Iuventio ab ipso Varrone allatum, *alacritas, hilaritas, iocus*, alia, ut intercidissem quaedam conicias; sed haec scriptor parum curat, itaque et *timendi* originem neglexit; utriusque generis naturalia verba infra § 65 referuntur. Non offendit post *metuo* repetitum *metuere*, ibi enim ad ostendendam formidinis et pavoris originem varii commoti animi motus exponuntur et omnis vis in verbis *a quodam motu*, quod supra dixit *mentem quodammodo motam*, posita est. verba *curare a cura* . . . *Libitina, sic alia* ne praepoamus, monent ista *cura quod cor urit*, quae a commota mente separanda non sunt. integer vero rerum ordo sic servatur, si § 49 *meminisse . . . monumenta dicta* sic praemissa ponuntur: *conciliari dicitur*. || *Meminisse a memoria . . . monumenta dicta*. || *sic reminisci . . . ab eo povere* || *Maerere . . .* hoc si probatur, verba *ab eadem mente meminisse dictum et amens . . .* integra non sunt, et delendum *meminisse* aut scribendum *qua meminisse*; id malum effugit Müller verbis *meminisse a memoria . . . monumenta dicta* positus post . . . *amens qui a mente sua discedit*. sic vero neque illa *sic reminisci quom ea . . .* qua ratione cum praecedentibus cohaereant apparet et composita *reminisci . . . comminisci* simplex verbum *meminisse* antecedunt; item parum placet *ab eadem mente meminisse dictum . . . , meminisse a memoria . . .*

Secunda pars agendi a dicendo sumpta continet etyma, quorum ordo et forma haec est: *fatur, loqui, pronuntiare et nuntiare, dico, disputatio et computatio, disserit, legere, murmuratur, spondere, canere, oro*. Mirari licet vel in his Varronis dicendi morem, si verborum formas mutavit nec substantivis abstinuit, ceterum desiderari nihil videtur.

Tertiam agendi partem faciendi verba explicantem magnam etymorum copiam exposuisse par est; at quid est quod docemur, quid nobis restat? postquam varium agendi, gerendi, faciendi usum exemplo demonstravit, verborum enumeratio sic incipit § 79 *Qui Adlucet dicitur lucere ab luere, et luce dissolvuntur tenebrae; ab luce Noctiluca . . . Acquirere est ad et quaerere; ipsum Quaerere ab eo quod quae res ut recuperetur datur opera . . . Conquaestor*. Verborum *noctiluca . . .* noctem stellulis illustrabat Müller, sed parum hoc iuvamur; quid enim omnino inter se commune habent *Lucere et Facere?*



pec manus
 autem ad
 ad auribus
 ad ore
 . . . manip
 manus ter
 ad tactum
 a manu o
 moratur, et
 rum exco
 dices est
 licum sit,
 exenere id
 inque inter
 ruber id
 quitum p
 auctoritate
 rem hanc
 lant; hanc
 illa aut
 aut exere

*) Tunc
 no anam
 ad quod
 libris ut
 taur et q
 dici facer
 adunt dici
 quod no fa
 id in que
 rin; quia
 nalis quod
 premit ad
 que et po
 origo a vi
 posse integ
 . . . a memo
 Fideo a vi
 scilorum
 At dopa
 vocabula
 Hora res
 licen red

cum ven
 prepositi
 vocabula
 contraria,
 partem e

nec minus mirum, quod sequitur compositum *Acquirere*.*) Transit autem ad sensuum vocabula: *Video a visu . . cerno . . spectare . . ab auribus verba videntur dicta audio et ausculto . . odor, olor . . ab ore edo, sorbeo, bibo, poto . . a manu manupretium, mancipium . . manipulus, manipularis, manica, manubrium . . mantelium ubi manus terguntur. Nunc primum ponam censoriis tabulis. postrema ad tactum pertinent laudanturque sex vocabula substantiva, non verba a manu composita, at neque manus origo neque tangendi verbum memoratur, et quid ultima illa sibi volunt: nunc primum ponam . . quae risum excitans negligentia est, si Varro hac ratione legentium venia abusus est? infra § 94 verba quare non est dubium quin hoc inlicium sit, cum circum muros itur eum de formula inlicium vocare exponere idque initio indicatum publicis testimoniis approbasse docent; itaque interciderunt quaedam ante verba nunc primum ponam nosque audacter id lacunae signis significavimus. At haec longior disputatio antiquitatum potius quam de lingua latina libris convenit idque Nonii auctoritate confirmari videtur p. 471: *Sortirent pro sortirentur. Varro rerum humanarum lib. XX: Quum venerint censores, inter se sortiant*; haec eadem sunt quae nostro loco ex censoriis tabulis § 87 allata sunt: *ubi praetores tribunisque plebei quique in consilium vocati sunt venerunt, censores inter se sortiuntur, uter lustrum faciat.**

*) Varronis verba qui quid administrat cuius opus non extat quod sub sensum veniat, ab agilitate, ut dixi, magis agere quam facere putatur; sed quod his magis promiscue quam diligenter consuetudo est usa, translaticis utimur verbis discrimen quod graecis philosophis est inter ποιητικὸν et πρακτικὸν indicant, videant alii num quae sequuntur: nam et qui dicit facere verba dicimus, et qui aliquid agit non esse inficientem, qui adluce dicitur lucere arte cohaerent, et in lucere et acquirere translaticium, quod nos fugit, lateat, ut tacite auctor ab iis quae sub sensum non cadunt ad ea quae sensibus percipiuntur transeat. Quorum primus est: *Video a visu*; quinque enim sensuum maximus est in oculis; nam cum sensus nullus quod abest mille passus sentire possit, oculorum sensus vis usque pervenit ad stellas, ubi Pauwii correctionem *Video a vi* secutus est Müller, quae et particula enim et vocabulo sequente vis flagitari videtur nec videndi origo a vi derivata Varrone indigna est; verba tamen a visu abesse non posse integer docet sensuum locus: *video a visu . . ab auribus . . ab ore . . a manu . .* nec initium *Ab oculis video a vi* fuisse puto, unde conicias: *Video a visu, id a vi*, sed incerta est coniectura, nec si Varro infra scripsit *oculorum sensus, visus, usque pervenit ad stellas*, vocabulum vis cogitavit. At ὄσμη, olfactus deest indicium; pauca huius sensus et disiecta leguntur vocabula: littera commutata dicitur *Odor Olor, hinc olet et Odorari et Odora res, sic ab ore Edo . .* haec non convenire vides, sed facile in ordinem rediguntur:

(*Odor*) et *Odorari et Odoratus et Odora res, sic (alia); littera commutata dicitur Odor Olor, hinc Olet.*

cum vero adsit a visu . . ab auribus . . ab ore . . a manu, his quoque praeposita verba a naribus non defuisse patet. Iam quae post sensuum vocabula exposita fuerint, coniectura assequi non licet, sed multa desiderari conicias, quod sextus liber dimidiam modo quinti, cui ipsi duo desunt folia, partem continet.

Facile igitur conicias nostrum locum ex libro XX antiquitatum huc male translatum esse, sed ipse Nonii locus parum valet; non enim convenit praesentis exemplum *sortiant* imperfecto tempore *sortirent pro sortirentur*, hoc igitur imperfecti exemplum intercidit. pergit Nonius *Moderant pro moderantur* . . *Sortiunt, Ennius Cresphonte, an inter se sortiunt urbem atque agros.* huic demum noster locus addendus erat, neque quae postea similia § 94 affert *illici, inlicis, pellexit, elicius* antiquitatum libris apta sunt, et ipse longiorem hanc disputationem verbis excusat § 96: *sed quoniam in hoc de paucis rebus verba feci plura, de pluribus rebus verba faciam pauca.* ut priore libro Argeorum sacra praeter opinionem protulit, sic h. l. quae de verbo *inlicium* dicuntur ferenda sunt.

De libro septimo.

Septimus liber vocabula a poetis usurpata rerum quae libro quinto et sexto tractatae sunt continet. Quadripartitionem sequitur V, 13 *quare quod quattuor genera prima rerum, totidem verborum; e quis de locis et iis rebus quae in his videntur in hoc libro summam ponam. sed qua cognatio eius erit verbi quae radices egerit extra fines suas persequemur; saepe enim ad limitem arboris radices sub vicini prodierunt segetem.* V, 57: *Quod ad loca quaeque his coniuncta fuerunt,*) dixi; nunc de his quae in locis esse solent . . . quae ad finem usque libri exponuntur, ubi § 184: ad vocabula . . . ea quae loca et ea quae in locis sunt satis ut arbitror dicta . . . quare in proximo . . . de temporibus dicam.* VI, 1: *Origines verborum quae sunt locorum et ea quae in his in priore libro scripsi; in hoc dicam de vocabulis temporum et earum rerum quae in agendo fiunt aut dicuntur cum tempore aliquo, ut sedetur, ambulatur, loquuntur; atque si qua erunt ex diverso genere adiuncta, potius cognationi verborum quam auditori calumnianti geremus morem.* VI, 35: *Quod ad temporum vocabula latina attinet, hactenus sit satis dictum; nunc quod ad eas res attinet quae in tempore aliquo fieri animadverterentur dicam, ut haec sunt legisti, cursurus, ludens. ad finem usque ubi § 97 . . . ad te misi duo, priorem de locis et quae in locis sunt, hunc de temporibus et quae cum his sunt coniuncta.*

Iam septimum nostrum attigimus librum, cuius argumentum VII, 5 his refertur: *Dicam in hoc libro de verbis quae a poetis sunt posita, primum de locis, dein quae in locis sunt, tertio de temporibus, tum quae cum temporibus sunt coniuncta dis ut quae cum his sint coniuncta adiungam, et si quid excedit ex hac quadripartitione, tamen in ea ut comprehendam.* corruptum illud *dis* Müller in *ita* ut au-

*) Verba quaeque his coniuncta fuerunt alibi non locis sed temporibus addita leguntur.

...antiquitate
...autem
...pergi
...in
...pauca
...et
...h. l. que de

...quod
...in
...§ 154: ad
...ut
...Origines
...scripsi
...in
...ambulatur
...adfectu
...per
...hactenus
...tempore
...cursum
...provenit
...con
...his

...argumentum
...a
...tempore
...con
...his
...quod
...Küller in
...non

...antiquitate
...autem
...pergi
...in
...pauca
...et
...h. l. que de

...quod
...in
...§ 154: ad
...ut
...Origines
...scripsi
...in
...ambulatur
...adfectu
...per
...hactenus
...tempore
...cursum
...provenit
...con
...his

...antiquitate
...autem
...pergi
...in
...pauca
...et
...h. l. que de

...quod
...in
...§ 154: ad
...ut
...Origines
...scripsi
...in
...ambulatur
...adfectu
...per
...hactenus
...tempore
...cursum
...provenit
...con
...his

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or introductory paragraph.

Faint, illegible section header or title.

Main body of faint, illegible text, appearing to be several paragraphs of a letter or report.

Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a signature or footer.

dacter
detrac
prob
ut y
adun
simp
aut
sine
rar
ut
nor
no
qu
es

dacter mutavit, mihi quod alii iam viderunt *de iis* esse videtur loco suo detractum et supra ponendum *tum de iis quae*. Quae sequuntur minus probe dicta sunt, *cum his* enim quod praecedat significat; habes igitur: ut quae cum iis quae cum temporibus sunt coniuncta sint coniuncta adiungam; aptior fortasse oratio altero *coniuncta* deleto; requirimus simpliciter ut VI, 1 *quae cum temporibus sunt aut dicuntur, ut quae* aut quod infra VII, 80 *quae tempora adsignificant, ut quae*. Non sine causa vero cavet scriptor a calumnia huc aliena esse immixta, nam rari hanc verborum cognationem intelligent, ut talia concoquant. Id ut appareat et Varronis usus in poetis laudandis perspiciatur, horum nomina et vocabula quae explicantur ex ordine huc congesta invenies; nomen ubi deest, aut is qui praecessit aut Ennius intelligatur; verbum quod exponitur prima maiore littera exaravimus; primum igitur de locis § 6—24:

Incipiam hinc.

unus erit quem tu tolles in caerula caeli
Templa . .
quod est apud Accium . . Polum . . Sidera . .
quod est . . Anfracta . .
Ennius . . Titanis Trivia . .
o sancte Apollo qui Umbilicum certum terrarum obtines.
Pacuvius Calydonia . .
Acci Mystica . .
Enni Areopagitae . .
musae quae pedibus magnum pulsatis Olympum.
quasi (?) Hellespontum et Claustra
Pacui . . Aegeo Freto
ferme aderant Aeque in alto Ratibus repentibus.

Hic deest in exemplari folium I.

haec omnia locorum sunt vocabula; nam *aequor* iure huc referri potest, *ratis* vero occasione data ut alibi similia additum. In lacuna transitus erat ad secundam partem, ad ea quae in locis sunt, et iam hic miraberis Varronis fiduciam:

. . Agrestis . . Infulas Cornutam . .
musae quas memorant . . esse Camenas.
veteres camenas Cascam rem volo profari.
apud Lucilium . . Ambages . .
possint; quod ad verborum temporalium rationem attinet, cum partes sint quattuor, temporum, personarum, generum, divisionum, ex omni parte quoniam reprehendunt, ad singula respondebo.

1. primum quod aiunt analogias non servari in temporibus, cum dicant legi, lego, legam . . . iniuria reprehendunt.
2. similiter errant qui dicunt ex utraque parte verba omnia commutare syllabas oportere aut nullam.
3. item male conferunt sui, sum, ero . . .
4. etiam qui hoc reprehendunt, quod quaedam verba neque personas habeant ternas neque tempora terna, id imperite reprehendunt . . . ad haec addita si erunt ea quae de nominatibus supra sunt dicta, facilius omnia solventur.
5. (quod) quidam reprehendunt, quod pluit, luit dicamus in praeterito et praesenti tempore . . . falluntur.
6. item reprehendunt quidam, quod putant idem esse sacrifico et sacrificor, lavat et lavatur.
7. item cur non sit analogia, afferunt, quod ab similibus similia non declinentur, ut ab dolo et colo.
8. de eo quod in priore libro extremum est, ideo non esse analogiam, quod qui de ea scripserint aut inter se non conveniant, aut in quibus conveniant ea cum consuetudinis discrepent verbis, utrumque (falsum?).

Haec sunt quae Varro pro analogia ad anomaliam confutandam contulit, ut qua ratione causam dixerit, perspicere possimus, neque praeter initium, ubi pauca desiderantur, in codicibus ut in ceteris libris foliorum iactura adnotata est. Quae in postrema parte de verbis temporalibus exponuntur, rem paucis absolvunt § 95—112, et quamvis inter se arte non cohaereant, nullus tamen apertus inesse hiatus videtur. eo magis nos offendit, quod supra § 49 nominatum vocabulis art. 7 verbi fragmentum insertum legitur, quod non occasione data aliis adici, sed dedita opera singulare crimen ab adversariis oblatum refutare, prima verba quibus articuli novi indicantur, *quod aiunt*, ostendunt; nihilo minus scriptorem de verbis plura neque dedisse neque dare voluisse fortasse negandum non est.

Quod igitur ad verba temporalia attinet, omnia fere integra servata esse concedemus; quae vero praecedunt et ad singulas orationis partes referuntur § 7—95, quae singula dicit crimina, supra a nobis articulis XXV comprehensa, pleraque prima et media § 7—74 (artic. 1—18) negligenter, postrema § 75—95 (artic. 19—25) ex ordine tractata reperimus. Etenim primi articuli 1—6 ad universam partem pertinent, non ad singularia, ut inepte hoc loco positos esse ipso Varro auctore dicas, qui in priore libro haec universis, non singularibus contra analogiam argumentis inseruit; art. 7 praeter opinionem, ut monuimus, verbi mentionem facit; 8 ex nominandi genere derivationem vocabulorum attingit, quae ad casus referri potest; 9—10 casus tractat;

ant, cu p
vintura, c
superior
il.
vols una
re sepe pe
re repetita
a sepe ut
dum a p
re me acti
nulla mi
des na cu
e se na cu
no ducet e
emulio colu
re puzia, y
at in ceter
re de vici
l-112, a p
nno huc v
tunc vocat
nno huc v
litem refer
at, ostendit
sepe huc v
nia huc imp
ad singula
nna, sup 17
nia § 7-11
n. 19-23) a
ad univers
posita esse p
vno, non sup
pente quare
ad grave de
l-10 casu

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]



11 genus; 12—14 numeros; 15 casus, ubi lacuna est, cuius postrema ut 8 derivationem attingunt; 16—17 augendi vocabula; 18 minuendi; 19—25 ad finem usque casus et vocabulorum et 23—25 nominum.

His crimina e singulis partibus hausta non confutantur et rerum divisio ab adversariis in notanda consuetudine proposita neglecta est; est vero quam supra enumeravimus in verba appellandi, dicendi, iungendi, adminiculandi, quarum prima pars appellandi constat ex nominatibus, i. e. vocabulis et nominibus, item ex articulis, i. e. provocabilis et pronomibus. priorum fit mentio in hoc libro § 70 *item reprehendunt de casibus, quod quidam nominatus habeant rectos, quidam obliquos*, quibus transitus ab aliis rebus ad casus indicari videtur, et § 95 *quod ad nominatum analogiam pertinet*. articulorum vero nulla fit mentio, quos cum difficilior esset in his analogiam demonstrari, ideo nulla facta mentione neglectos esse probabile non est. in nostro ergo libro praeter nominatus et verba temporalia nihil invenitur; iungendi vero verba et adminiculandi sub finem posita non esse postrema huius libri pars docet, cui nihil praeterea additum fuisse certum est; ergo omnia quae desiderantur aut defensio neglexit aut interciderunt. Haec Mülleri est sententia, qui p. XLVII inter artic. 6 et 7 § 48 post verba *inter se sequi debemus* magnam lacunam esse statuit sic eam explicans: *Post haec multa deesse intelligitur. transibatur enim ab universa analogia ad*

II. analogiam in singulis orationis partibus observatam. Hic disputabatur:

A. *de appellandi verbis;*

I. *de provocabilis et pronomibus;*

II. *de vocabulis et*

a) *de declinatione nominandi;*)*

b) *de declinatione casuali;**)*

c) *de declinatione augendi;*

d) *de declinatione minuendi;***)*

III. *de nominibus (post lacunam) homonymis et synonymis quaedam.*

B. *de temporalibus verbis.*

quodsi vir doctissimus indicem rerum et articulorum, qualem exhibuimus, ante oculos habuisset — et haec est causa qua moti, ne alii et ipsi fallerentur et alios fallerent, descripsimus —, quae adversarentur huic

*) ad hoc argumentum pertinere censet articulos nobis enumeratos 7—8 de verborum inaequalitate, 9—10 de singularibus verbis, quorum nulla requirenda esse analogia, 11 de declinatione sexus, 12—14 in declinatione multitudinis analogiam coniungi cum usu.

**) art. 15 § 70, sed multa quae de analogia in casibus servata dicenda essent, deesse; contra quod ibi de Faustinis, Cascellinis legatur, pertinere ad superiorem de declinatione nominandi locum.

***) articulos 19—21 § 76—80 manifesto pertinere ad disputationem art. 15 § 69 inchoatam dicit.

opinionem, intellexisset. primum male distinguit inter singula crimina et singulas orationis partes, tum etiam in hac lacunae tabula desunt iungendi et adminiculandi partes, deinde ne ex hoc quidem sententiarum ordine apparet, cur verborum singulare reddat exemplum, ubi nominatus aguntur; sed non recte iudicavit;*) nam ut quadruplex genus, quod VIII, 52 indicatum est, nominandi, casuale, augendi, minuendi teneat, multa transponenda sunt, et ne sic quidem res recte procedit; nam art. 22, IX, 81 Lucilii versus ipse ad casum pertinet, et propter casum allatus est, nec locus proprius de numerorum vocabulis ex analogia impositis minuendi verbis addi potest. optime vero lacunam ibi § 88 esse et transitum a vocabulis ad nomina fieri Müller perspexit, neque tamen multa intercidisse videntur.

Difficilis est rerum huius libri quaestio; lacuna minor est § 88, alia maior ut videtur § 71. offendit maxime artic. 7, primum singulare ex verbis sumptum et nominatibus praepositum argumentum, § 49 quinque comprehensum versibus, non minus offendunt articuli omissi; quos si attigit, ut in superiore libro § 50 primum obtinuisse locum, § 49 igitur intercidisse probabile est,**) quibus qua ratione fragmentum illud verbale adhaereat, alii doceant. In analogia impugnanda graecum grammaticum, Cratetis socium, cuius tabulas sequeretur graecis cum latinis mutatis exemplis, in defendenda autem Aristophanis et Aristarchi sodalem elegisse videtur,***) quo factum ut defensio singulas accusationis partes minus diligenter attenderet.

De libro decimo.

Liber decimus ultimus est de analogia. haec sunt quae Varro exponit: quod nec fundamenta ut debet posita ab ullo, neque ordo ac natura ut res postulat explicita, ipse eius rei formam exponam; dicam de quattuor rebus quae continentur declinationibus verborum:

quid sit SIMILE ac DISSIMILE,
quid RATIO quam appellant *λόγον*,
quid PROPORTIONE quod dicunt *ἀνάλογον*,
quid CONSUETUDO,

quae explicatae declarabunt analogiam et anomaliam, unde sit, quid sit, cuiusmodi sit, § 1—2.

*) conf. L. Lersch Sprachphilosophie I, 125.

***) si contuleris quae X, 19, 30 de articulis leguntur, defensorem analogiae eos neglexisse fortasse non miraberis.

***) Graecos quos multos laudat, magis quam Latinos auctores mihi secutus videbatur, ut IX, 114 *si id confecissent quod volunt, ut in lingua latina esset anomalia, tamen nihil egissent olim de verbis in lingua latina dubitarem*; nam si v. c. quas graecas accusatio dicit litteras VIII, 66, defensio in latinis transfert IX, 51, quisque hoc intelligit, sed cum ipse VIII, 23 tradat *de eo Graeci Latini que libros fecerunt multos*, amplius illa verba urgere ausus non sum.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or the beginning of a section.

Second block of faint, illegible text in the upper middle section of the page.

Third block of faint, illegible text in the lower middle section of the page.

Fourth block of faint, illegible text at the bottom of the page.

Partial view of the adjacent page on the right, showing a list of items with numbers and some text.

I. Quid sit SIMILE ac DISSIMILE § 3—36. similitudinum quae in conferendis verbis et in declinandis sequendae aut vitandae sunt, prima divisio in oratione quod alia verba nusquam declinantur, alia declinantur, § 14.

secunda divisio est de his verbis quae declinari possunt, quod alia sunt a voluntate, alia a natura, § 15.

tertia divisio est quod quae verba declinata, natura ea dividuntur in partis quattuor,

1. in unam quae habet casus,
2. in alteram quae tempora,
3. in tertiam quae utraque,
4. in quartam quae neutra, § 17.

1. Prima pars casualis dividitur in partis duas, in nominatus et articulos, § 18.

Nominatus § 20—29

nomen et vocabulum, similia esse debent

genere,
specie,
casu,
exitu,

ad hunc quadruplicem fontem derigitur

ordo transversus, a recto casu in obliquos,

ordo directus, a recto casu in rectum.

casuum vocabula, nominativus . . .

Desunt tria folia.* § 23.

. . . item figura verbi qualis sit refert . . . ex quibus litteris quodque verbum constet et maxime extrema . . . sed ubicunque commoventur litterae non solum eae sunt animadvertendae, sed etiam quae proximae sunt neque commoventur . . . flexurae quoque similitudo videnda . . .

Articuli § 30

relinquitur de articulis, in quibus quaedam eadem, quaedam alia; de quinque enim generibus duo prima habent eadem, quod sunt et virilia et muliebria et neutra, et quod alia sunt ut significant unum, alia ut plura, et de casibus quod habent quinos . . . proprium illud habent, quod partim sunt finiti, partim infiniti.

2. Secundum genus, quae verba tempora habent neque casus, si habent personas, eorum declinatum species sunt sex, una quae dicitur temporalis, altera personarum, tertia rogandi, quarta respondendi, quinta optandi, sexta imperandi.

*) quae sequuntur, tribus foliis amissis solos nominatus tractatos esse docent; eo magis mirum est quod Varro § 30 dicit: *quod ad nominatum similitudines animadvertendas arbitratus sum satis esse tangere haec sunt.*

item sunt declinatum species quattuor, quae tempora habent sine personis, in rogando, respondendo, optando, imperandi declinatus sintne habet dubitationem.

accedunt ad has species a copulis divisionum quadrinis, ab infecti et perfecti, ab semel et saepius, a faciendi et patiendi, a singularis et multitudinis.

huius generis verborum, cuius species exposui quam late quidque pateat et cuiusmodi efficiat figuras, in libris qui de formulis verborum erunt diligentius expedietur. § 30—33.

3. Tertii generis quae declinantur cum temporibus ac casibus ac vocantur a multis ideo participalia, sunt hoc ge

Desunt tria folia.* § 31.

II. (Quid sit RATIO.) § 35. 36.

*** ratio quam dico utrobique, et in his verbis quae imponuntur et in his quae declinantur, neque non etiam tertia illa quae ex utroque miscetur genere.

III. Quid sit PROPORZIONE. § 37—83.

sequitur tertius locus, quae sit ratio proportione; ea graece vocatur *ἀνάλογον*, ab *ἀνάλογον* dicta analogia. . . analogia quae dicitur, eius genera sunt duo, unum deiunctum sic est: ut unum ad duo, sic decem ad viginti, alterum coniunctum sic, ut est unum ad duo, sic duo ad quattuor § 45 . . . quadruplices deiunctae in casibus sunt vocabulorum, coniunctae sunt triplices in verborum tribus temporibus § 47 . . . analogia fundamenta habet aut a voluntate hominum, aut a natura verborum, aut a re utraque § 51 . . . analogiae tria sunt genera, unum quod in rebus, alterum quod in vocibus, tertium quod in utroque; duo priora simplicia, tertium duplex § 63 . . . perfecta in qua et res et voces quadam similitudine continentur, cuius genera sunt tria, unum vernaculum ac domi natum, alterum adventicium, tertium nothum, ex peregrino hic natum § 69 . . . neque rerum neque vocis similitudo ad has duplicis quas in loquendo quaerimus separatim satis est, quod utraque parte opus est simili ad analogias verborum exprimentas, quas ad loquendum ut perducas accedere debet usus § 72 . . . usuis species videntur esse tres, una consuetudinis veteris, altera consuetudinis huius, tertia neutrae . . . analogia non item eadem definienda, quae derigitur ad naturam verborum atque illa quae ad usum loquendi . . . aperitur de singulis partibus, quid dicatur verbum, quid similitudo verbi, quid declinatio, quid similitudo declinationis non repugnante consuetudine communi, quid ex quadam parte . . . in quibus non debeat analogia esse

*) Intercidit haec tertia pars, quae participia comprehendit, item tota quarta, quae neutra, neque casus neque tempora habet, ut docte et facete § 17. His nisi alia more suo addidit, prima res *quid sit SIMILE* ac *DIS-SIMILE* finita est; desideratur item initium secundae *quid sit RATIO*, paucis ut videtur comprehensa, quam quae sequuntur tractant.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or title.

Main body of faint, illegible text, appearing to be several paragraphs of a document.

Section of faint, illegible text, possibly a separate paragraph or entry.

Final section of faint, illegible text at the bottom of the page.



ac proinde ac debeat soleat quaeri . . . item in quibus debeat quaeri analogia, quorum quattuor sunt gradus, ut sint res, ut earum sit usus, ut hae res vocabula habeant, ut habeant declinatus naturalis § 83.*)

III.

Codex F vario errorum genere abundat, aliis, ut fit, propter simile desinens omissis,**) aliis male repetitis, quae quod plura etiam nunc nondum animadversa inesse videntur, ut libri ratio perspiceretur, uncis inclusa servavimus.***) conferendi sunt loci a grammaticis ex his libris citati, quorum unus apud Gellium X, 21 ex VI, 59 parum nos iuvat, quod et pauca sunt, et quamvis ipsa Varronis verba afferre se profiteatur, prima a quo etiam extremum novissimum quoque dici coeptum vulgo iure suo sic transposuit quod extremum, inquit, dicebatur, dici novissimum coeptum vulgo; restat varietas ut Aelius sic senes aliquot, nimium novum verbum quod esset, vitabant, ubi Gellius . . . senes alii, quod . . . verbum esset . . . in quibus etiamsi alii praeferas, relativum ex more Varronis postpositum praestat. alter vero locus V, 169—174, quem Priscianus integrum de figuris numerorum p. 410 K. rettulit, maxime memorabilis est eumque alibi iam a nobis tractatum repetitis curis hic quoque consideremus. incipit a verbis multa pecuniae signatae (de quo supra dubitavimus; offendit enim multa nunquam sic a Varrone adhibitum), omittit vero ultimos tres versus § 174 quod libram . . . quadrans assis inepte, si ipse neglexit nec librariorum desunt culpa. in his quae notentur haec sunt: deinde ab numero [reliquum dictum] usque ad centussis [ut as singulari numero] ab tribus assibus tressis et sic proportione usque ad nonussis. in denario numero hoc mutat, quod primum est ab decem assibus decussis, secundum ab duobus decussibus bicessis [quod dici solum a duobus bicessis]. reliqua conveniunt [quod est] ut tricessis proportione usque ad centussis, quo maius aeris proprium vocabulum non est. inclusa desunt apud Priscianum, atque ab initio non modo quae gram-

*) desideratur verborum expositio tertium ut hae res vocabula habeant, quartum ut habeant declinatus naturalis, quo articulus quid PROPORTIONE finitus esse videtur; hunc deinde secutus est quartus et postremus locus supra indicatus § 2 quid CONSUETUDO, eoque decimus liber conclusus. Ceterum hi libri ad grammaticam illustrandam non multum conferunt, rationem vero qua usi veteres hanc artem tractabant dilucide demonstrant.

***) vid. Müller praef. p. XIX seq. conf. ad VII, 85.

****) repetita sunt V, 173 denarii quod, VIII, 9 declinarint, VIII, 35 ab isdem vocabulis dissimilia, 38 esse parum ex inferioribus, id quod rarissime fit, in superiora translata et a B deleta, IX, 3 homo ex anima quod est, ubi vulg. ex B minus recte primum vocabulum retinuit, X, 8 nominum sint eodem, 44 atria quae scilicet, ubi vulgo tria quae scilicet corrigunt, 56 de litteris ostendunt, ubi vid. adn.

Spengel, Varro de lingua latina.

maticus omittit, sed etiam quae servat verba *usque ad centussis* abundare et ex inferioribus translata censeo, non falsa quidem, sed quae melius absint; transit enim Varro primum ab tressis ad nonussis, deinde a decussis usque ad centussis. verba *quod dici . . bicessis* glossema esse quondam putavi, sed illa propter simile cadens facile interciderunt, et cum Priscianus *vicessis*, non *bicessis* reddat, alium sensum his inesse intellexi. *solum* corruptum et a Turnebo recte in *solitum*, nisi *solet* praeferas, mutatum, ex codice suo, ut dicit, quod dubito, nam in p dilucide *solum* legitur; puto vero locum sic corrigendum esse *ab duobus decussibus Bicessis, quod dici solitum [ab duobus] Vicessis* deletis duobus verbis male repetitis, ut hoc exemplis supra congestis sit addendum; viginti asses vulgo vicessim, non bicessim dicebant. minus vero recte desunt apud Priscianum verba *quod est*, quae si desunt, requirimus *tricessis et sic proportione*. § 171 *semuncia quod dimidia pars unciae*. [Se valet dimidium ut in selibra et semodio.] *uncia ab uno*. Priscianus inclusa praeterit, et sub finem addit *dicta*, quo facile caremus. deinde *septunx a septem et uncia conclusum. reliqua obscuriora, quod ea quae deminuuntur ita sunt, ut extremas syllabas habeant, ut de una dempta uncia deunx, dextans dempto sextante, dodrans dempto quadrante, bes ut olim des dempto triente*, apud Priscianum recte *contisum*, tum vero . . *habeant una dempta uncia deunx*, quae Priscianum corrupto Varronis exemplo usum esse docent, hunc *habeant, ut deunx dempta uncia, dextans dempto sextante* scripsisse verborum ordo docet. § 173 *sestertius quod semis tertius; dupondius enim et semis antiquus sestertius; est et veteris consuetudinis, ut retro aere dicerent ita ut semis tertius, quartus semis pronuntiarent; ab semis tertius sestertius dictus*. Priscianus *sestertius duobus semis, dupondius . . ita ut semis quintus, semis quartus, semis tertius nuntiarent . . illud duobus semis* vix intelligi potest, ut Müller *quod duobus semis additur* audacter corrigeret; natum videtur propter sequens *dupondius et semis*, sed nulla est causa, cur hoc ei quod F praebet praeferamus. Prisciani libri non *aera*, sed *aere* (P. *aero*) scribunt parvo discrimine, sed neutrum placet, nam sestertius non aes, sed argenteus est nummus, et in universum est dictum, non de solo aere aut argento. itaque Varronem scripsisse malim *ut retro dicerent ita ut semis tertium, quartum pronuntiarent*; nam quod in libris est *quartus semis* male positum pro *semis quartus*; vocabulum *semis* explicandi causa insertum videtur; apud Priscianum *ita ut semis quintus, semis quartus, semis tertius (pro)nuntiarent* nescio quid sibi velint verba retro posita quintus, quartus, tertius, neque nummus est semis quintus aut semis quartus.

Haec Priscianum Varronis codice a nostro paulum diverso, nam plura quae non flagitantur et iure abesse possunt ibi desunt, nec in corrupto usum esse ostendunt, si quod in F est *ut de una dempta uncia deunx* et omissis vocabulis primis *ut de* apud Priscianum legitur,



recte in *ut deunx dempta uncia* mutavimus, et coniectura nostra tractionis in principii verbis *multa pecuniae* non fallit.

Explicandi causa saepius a librariis verba addita esse constat, nec mirum si pleraque illa supra a Prisciano omissa post eius aetatem addita sint, sed inveniuntur sententiae, quae sine causa interiectae ordinem rerum perturbent, ut eas a Varrone scriptas esse neget, ut V, 44 *velabrum a vehendo; velaturam facere etiam nunc dicuntur qui id mercede faciunt. Merces dicitur a merendo et aere. huic vecturae qui ratibus transibant quadrans.* ineptissime haec etymologia Varronis ingenio haud indigna interiecta est. sed quam facilis sit error et ne in eis quidem quae certissima videantur nobis ius exilio multandi datum esse docent haec VI, 4 *meridies . . D antiqui, non R in hoc dicebant, ut Praeneste incisum in solario vidi. solarium dictum id in quo horae in sole inspiciebantur, quod Cornelius in basilica Aemilia et Fulvia inumbravit, ubi B verba solarium . . inspiciebantur, Laetus etiam verbum quod praecedit vidi omittunt, at quae sequuntur quod . . inumbravit illa flagitant.* quare caute in his rebus agendum nec probandum, si v. c. Wilmanns VI, 43 verba *sic e lacte coacto caseus nominatus* delenda esse censet.

In orationis usu multa Varroni sunt propria, semper dicit *ut . . sic nunquam ut . . ita*, quare falsum est quod VIII, 1 *ut propago omnis natura secunda, quod prius illud rectum, unde ea sic declinata, itaque declinatur in verbis rectum Homo, obliquum Hominis* vulgata dedit *sit declinata, ita.* Varro scripsit *quod prius illud unde ea, sic declinatus in verbis*, cetera male addita sunt. item dicit *quod, non quia*, quod ubi legitur corruptum est, ut VI, 24 *in Velabro quia in novam viam exitur* pro *qua* a Laeto restituto, nec minus corrupti sunt loci VI, 36, 41, VII, 7; hae particulae in libris saepe confunduntur, ut VI, 65 p *quia, non quod* scribit. tum non leguntur nisi contracta verba *appellarunt, quaesierunt, declinarit, aberraro;* vocabulo *scilicet* usus esse non videtur, vid. ad X, 18, 44. praeterea *nam* dicit, non *namque* quod X, 74 GH scribunt; particulam *que* rarissime in his libris inveniri supra dictum est. *at enim* pro *ut enim* non recte Müller IX, 73 coniectura protulit, alienum est ab huius dicendi usu. praeterea frequentat *quotquot annis*, non *quotannis*, et *fortasse an* cum coniunctivo pro *forsitan*, quamquam *quotannis* interdum in F invenitur, ut V, 85, VI, 25, 54. singulare est quod transitum facit *incipiam hinc* absolute dictum VI, 41, IX, 39, de re r. II, 1, 7, ut corrigendum sit p. VIII, 1, vid. adn. et facile etiam de re r. III, 1 sub finem *de quibus exponendis initium capiam hinc* solemne illud fuisse . . *initium faciam. incipiam hinc* conicias. Frequens est locutio in quo praeunte plurali numero, non modo ubi universum comprehendit, sed etiam ubi multitudinem quae praecedit notat, VI, 2 *Chrysippus et Antipater et illi in quibus si non tantum acuminis, at plus litterarum, in quo est Aristophanes et Apollodorus*, V, 108

contenti his quae suapte natura ferebat sine igne, in quo erant poma, VI, 55 et sic compositicia alia item ut declinata multa, in quo et Fatuus et Fatuae. X, 41 sic item in aliis rebus omnibus proportione dicuntur ea, in quo est sic quadruplex natura. VI, 82 sic alia, in quo etiam Expecto. VIII, 1 nesciunt docere quam discere, quae ignorant, in quo fuit Crates. de re r. I, 65 genera sunt vini, in quo Falerna, quae . . de l. l. VIII, 63 relinquitur de casibus in quo Aristarchei suos contendunt nervos, X, 8 certae similitudines opus sunt, in quo est ut . . sic vetusti libri in aut. ad Herenn. I, 16 quoniam de rerum inventione disputandum est, in quo singulare consumitur oratoris officium praebent, non in qua. quaeritur VII, 26 in multis verbis in quod antiqui dicebant S, postea dicunt R, ubi in quo M, Laetus, et inde omnes editi, utrum praestet an verbis quod, in hac re alibi usitatum, sit reponendum. huic non dissimile V, 112 locis certis quo id imponeretur, conf. Halm ad Cic. pro Sulla p. 116, Jordan pro Caec. p. 178. — VI, 21, ubi suffibulum derivandum est, id dicitur ne ab suffiendo subligaculum, sic omnes cum F; alii ne delent, alii ut scribunt, Müller transponit ut subligaculum, mihi interrogatio dicitur, quamvis alibi nusquam occurrat, idonea causa cur mutaretur non est visa. similiter VI, 18 Nonae Caprotinae, quod eo die in Latio Iunoni Caprotinae mulieres sacrificant et sub caprifisco faciunt; e caprifisco adhibent virgam. cur hoc, togata praetexta data eis Apollinaribus ludis docuit populum, postrema quamquam iterum Varro nusquam talia prodit, sana sunt; vulgata scripsit docui, alii post eis lacunam ponunt, fefellit omnes editores Laetus ob hoc toga praetexta excudens, qui fabulam indicari non intellexit.

Haec certa videntur, in aliis scriptor ipse variat; vocabulum analogiae libro octavo et nono saepissime repetitum legitur, XLIII singularis numeri sunt loci, XXI multitudinis, et interdum mire coniunctim, ut IX, 114 confitendum esse analogias; item quom ea . . patiatur uti consuetudo communis, fatendum. sic modo attinet, modo pertinet IX, 95 quod ad nominatum analogiam pertinet, . . quod ad verborum temporalium rationem attinet, X, 64 partim sunt quae ad orationem non atlineant, partim quae pertineant . . non pertinent . . quae pertinent et sic saepe; similiter tangere X, 30, tetigi VIII, 51, quod Victorium in F male attigi interpretatum esse supra dictum, sed attigisse de eadem re VIII, 43, item alibi. VII, 110 primo . . secundo . . tertio, X, 79—82 primum . . secundo . . tertio . . quartum et statim ibidem § 83 primum . . secundum . . tertium . . quartum. haec igitur et similia mutare non licet.

In explicandis verborum originibus indicativo modo id dicit, quod res ipsa requirit, ut territorium quod maxime teritur; si rem factam indicat, interdum imperfectum tempus invenitur, ut lorica quod e loris de corio crudo pectoralia faciebant; si cur vel quam ad rem sit factum demonstraturus est, relativo et coniunctivo



utitur, ut V, 80 *consul nominatus qui consuleret*, ubi male Aldus *quod*, vim coniunctivi exponit B corrigens *qui consulere debet*; exempla ibi congesta rem aperte docent:

praetor dictus qui praeiret . .
ensor ad cuius censionem censeretur populus,
aedilis qui aedes sacras et privatas procuraret,
quaestores a quaerendo qui conquirerent . .
tribuni militum quod terni tribubus . . olim
ad exercitum mittebantur,
tribuni plebei quod ex tribunis militum . . facti
qui plebem defenderent,
dictator quod a consule dicebatur,

et V, 87 iterum *in re militari praetor dictus qui praeiret exercitui*, sed quod sequitur exemplum non convenit *imperator ab imperio populi qui eos, qui id attemptassent, oppressi hostis*, sic F cum omnibus libris, *oppressit* vulg. ex B male correxit; quid Varronis usus requireret, perspexit Bentinus in Gryphiana *opprimeret* exhibens; nam coniunctivum flagitari praecedens *attemptassent* docet, et fort. *qui eo qui . . opprimeret* reponendum. pergit Varro

legati qui lecti publice, quorum opera . . uteretur . .
quive nuntii . . essent,
exercitus quod exercitando fit melior,
legio quod leguntur milites in delectu.
cohors quod . . ex manipulis pluribus copulatur,
cohors quae in villa quod circa eum locum
pecus cooreretur.

sic libri, alii *coerceretur*, indicativum requiri sensit B *coeretur* corrigens, sed recte stat coniunctivus, si Varro scripsit *cohors quod ut in villa . . copulatur; cohors in villa qua circa . . cooreretur*. de postremo verbo non dubitandum; cohortem a cooriendo dictam esse fortasse ex ipso Varrone tradit Velius Long. p. 2229, apud Wilm. p. 183. non offendit igitur VI, 57 *hinc dictus Loquax qui nimium loqueretur*, ubi Laetus *loquitur* correxit. Etiam indicativus cum relativo iure positus est, si res, non causa indicatur, ut V, 89 *hastati dicti qui primi hastis pugnabant*, 90 *praesidium dictum qui extra castra praesidebant* (ubi quia Laetus, quod Hb Scioppius), vel si relativum praecedit V, 124 *qui vinum dabant, ut minutatim funderent, a guttis guttum appellarunt*, vel 129 *qui ea ministrabat a cinere cinerarius est appellatus*, et praesente tempore 39 *ager restibilis qui restituitur*, et VI, 66 *ab legendo leguli qui oleam aut qui uvas legunt*. haec neminem offendunt, sed ubi particulae *quod* sine ratione coniunctivus adhaeret, quaeritur, utrum ferendus sit necne; nam si ex prioribus pendet, iure positus est, ut V, 154 *intumus circus ad Murcim vocatur, ut Procilius aiebat, ab urceis, quod is locus esset inter figulos*, nec offenderet § 21 si scriptum esset *terra dicta ab eo, ut Aelius*

scribit, quod teratur, at omnes tenent teritur. complures id genus loci ex F nunc remoti sunt, ut 65 *pater quod patefaciat semen*, nam sic soli M et Laetus, ceteri recte *patefacit*, et VI, 55 iidem soli *faciat pro facit*, V, 115 F *fit*, non *fiat*, VI, 14 male Victorius *se dent pro sedent*, nec huc pertinet VI, 54 *fana nominata quod pontifices . . fati sint finem*, nam in libris est *quae*, non *quod* (sic solus Laetus), quamquam ne sic quidem coniunctivus iure positus est. restant haec V, 40 *praedia dicta . . a praestando, quod ea pignori data publice mancipis fidem praestent*, § 120 *patinas a patulo dixerunt, ut pusillas, quod his libarent coenam, patellas*. 181 *et hinc dicuntur milites aerarii ab aere, quod stipendia facerent hoc*, ubi imperfectum potius dicti quam dicuntur requirit, VI, 46 *cura quod cor urat*, 49 *monere quod is qui monet proinde sit ac memoria*, VII, 22 *dictum fretum a similitudine ferventis aquae, quod in fretum saepe concurrat aestus atque effervescat*. quorum si unum alterumve fortasse quodammodo tueri possis, ferendi non sunt loci, in quibus utrumque coniunctum legitur, V, 117 *vallum vel quod ea varicare nemo possit, vel quod singula ibi . . habent figuram V*; *scrib. potest*; VI, 62 *hinc doceo declinatum vel quod cum docemus dicimus, vel quod qui docentur inducantur in id quod docentur*, et quod praecedit § 61 *hinc iudicare quod tunc ius dicatur, hinc iudex quod iudicat . . id est . . dicendo finit*. 50 *maerere a marcere quod etiam corpus marcescere*, ubi Laetus dicitur, B videtur, vulg. *videatur* inserit, ego male *marcesceret* conieceram a Müllero receptum, Varro simpliciter *marcere quod etiam marcescere* scripsisse videtur.

Haec igitur haud raro dubia ex usu et more dicendi scriptoris consideranda et diiudicanda sunt. neque vero in verborum formis sibi constat; gerundio utitur ut par est, ut *ab legendo Leguli . . ab legendo Ligna quoque . . indidem ab legendo Legio*, et sic plerumque, quare V, 2 *a qua re sit pertinacia quom quaeritur, ostenditur esse a pertendo iure Rholandellus a pertendendo correxit*; nam si prima praesentis persona utitur, id ad verborum tempora pertinet, ut *ab lego legi legam*. sed etiam infinitivus invenitur, non solum V, 83 *Pontifices ut Scaevola Quintus P. M. dicebat a posse et facere ut Potifices*, nam huius verbi gerundivum non est, sed etiam ubi facile vitare poterat, ut VI, 50 *maerere a marcere*, 75 *omnium enim horum quid a canere*, 79 *qui adlucet dicitur lucere ab luere*, ibidem *adquirere est ab ad et quaerere*, VII, 80 *ab recipere recipere fictum*, 108 *ab serare dictum*; similiter VI, 44 *a con et mente*, VII, 107 *a perite . . a protinus*, si modo haec omnia sana et magis notanda quam corrigenda sunt.

Difficile est saepe in etymologiis quid Varro voluerit ostendere; non enim vera aut probabilis, sed plerumque inepta et ficta vocis origo exponitur et interdum mirabilia sequitur, ut quae cuivis praesto essent, in his nugis negligeret, ut V, 36 *quod primum ex agro*

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Second block of faint, illegible text, continuing the bleed-through.

Third block of faint, illegible text, possibly a signature or a short paragraph.

plano fru
riora loca
non colebo
possidebo
nostri N
derivatur?
commentum
que id in
spectet, u
runt? nol
acumen co
ducet su
licet aptu
nemora, si
Haec
verba haud
intelligamus

Caelu
nomin
multo
illud
quam

Plinii verba
dirimus,
atingunt,
caeli origi
Aelio refer
possunt. p
gunt, non
celetur, i. e.
din celetur
civitate
trario latin
sive addend
veniunt; q
caelum a
audacius M
probat vel
est: non
caelum a

V, 65
et Iuno qu

plano fructus capiebant, Campus dictus; posteaquam proxima superiora loca colere coeperunt, a colendo Colles appellarunt; quos agros non colebant propter silvas aut id genus, ubi pecus possit pasci, et possidebant, ab usu suo Saltus nominarunt. haec etiam Graeci νέμη, nostri Nemora. quid haec significant? an ab suo et alendo saltus derivatur? sed acuit verba possidebant, ab usu suo, ut Lachmanni commentum ab usu salvo Varronis sententiam divinasse videatur, nosque id in ordinem recepimus. at quis est, qui non haec potius expectet, ubi pecus posset pasci et salire, pascua et saltus nominarunt? nolumus vero in his rebus Varronis ingenium superare, sed acumen correctoris B, qui graecum vocabulum ἄλσος intulit, egregie elucet. sub finem etiam sensu caret, neque tamen cum Aldo delere licet, aptum est inserto relativo haec etiam quod Graeci νέμη, nostri nemora, sic alibi quoque dicit neque dativus necessarius est.

Haec puerilis veterum in explicandis vocabulis ratio efficit, ut cum verba haud raro sint incerta, saepe haereamus nec quid velint facile intelligamus, ut in limine operis V, 18:

Caelum dictum scribit Aelius quod est caelatum aut contrario nomine celatum, quod apertum est. non male, quod posterior multo potius a caelo quam caelum a celando. sed non minus illud alterum de celando potuit dici, quod interdium celatur quam quod noctu non celatur.

Plinii verba II, 4, 9 caelum quidem haut dubie caelati argumento diximus, ut interpretatur M. Varro aliunde hausta nostrum locum non attingunt, conf. Isidorus p. 414 L. de rerum nat. c. 13; duplicem caeli originem a caelando, quod stellis sculptum est, et a celando ab Aelio referri constat, sed verba corrupta varie et explicari et refingi possunt. postrema magistri sententiam a verbo celandi sumptam corrigunt, non opus esse illa ἀντιγράφει, qua caelum quod noctu non celetur, i. e. apertum sit, dictum censeat, non minus recte quod interdium celetur et stellae ac sidera non aspiciantur dici posse. num κατ' ἀντιγραφῶν latine translatum sit contrario nomine quaeritur (ex contrario latine hanc dicit Charisius p. 276), sed negatio abesse nequit sive addenda, sive ex nomine restituenda. quae sequuntur, non conveniunt; quid enim Varro non male dicens probat? Aelium scilicet caelum a celando, non caelando derivasse, at eius verba hoc non docent. audacius Müller posterior mutavit in prius, alteram sententiam non improbat vel priori potius praefert Varro, unde eum scripsisse probabile est: non male posterius, quod multo potius a caelo (caelare) quam caelum a caelando.

V, 65 hoc ordine F verba exhibet:

et idem hi dei celum et terra Iupiter |
et Iuno quod ut ait Ennius istic est is Iupiter quem dico quem greci |
vocant aerem qui ventus |

in quo iucan
res, quae, quae

X, 45—

Analogi

sic est, ut un

sic est, ut un

iunctae in ca

sunt triplices

quod quam rat

In hoc fere ot

poribus haec v

cum sint verbo

et Legisti, et

et cum recte s

quod legi signi

Pungo, Tundam

berabor, iniur

et perfecti inte

tudi Tutudero,

sum, Amatus e

cur disparititer

cum quadruple

videtur habere

modum ad tria

quadripertita e

quod in oration

fertur Diomed

ut haec ab un

contra multa

quom unum.

longiorem

iudicando fallat

supra IX, 96—

quaedam verbo

verba omnia e

mutant, ut le

dunt . . qua

pluris item del

libent sententi

*) [ego fa

urbes beluasque

**) quadru

ego conieceram,

scribi; utrum e

menti; illud tam

in quo iuvant certum videtur; subiectum enim non Iupiter, sed istae res, quae, quod omnia iuvant, Iovis nomine celebrantur.*)

X, 45—50:

*Analogia quae dicitur, eius genera sunt duo; unum deiunctum sic est, ut unum ad duo, sic decem ad viginti; alterum coniunctum sic est, ut unum ad duo, sic duo ad quattuor . . quadruplices deiunctae in casibus sunt vocabulorum, ut Rex Regi;**) coniunctae sunt triplices in verborum tribus temporibus, ut Legebam Lego Legam, quod quam rationem habet legebam ad lego, hanc habet lego ad legam. In hoc fere omnes homines peccant, quod perperam in tribus temporibus haec verba dicunt, cum proportione volunt pronuntiare. nam cum sint verba alia infecta, ut Lego et Legis, alia perfecta, ut Legi et Legisti, et debeant sui cuiusque generis in coniungendo copulari, et cum recte sit ideo lego et legebam, non recte est lego ad legi, quod legi significat quod perfectum, ut haec Tutudi, Pupugi, Tundo, Pungo, Tundam, Pungam, item haec catus sum, verberatus sum, verberabor, iniuria reprehendunt, quod et infecti inter se similia sunt, et perfecti inter se, ut Tundebam Tundo Tundam, et Tutuderam Tutudi Tutudero, sic Amabar Amor Amabor, et Amatus eram, Amatus sum, Amatus ero. Itaque reprehendunt qui contra analogias dicunt, cur dispariliter in tribus temporibus dicantur quaedam verba. natura cum quadruplex sit analogia, id nonnunquam, ut dixi, pauciores videtur habere partes, sic etiam alias pluris, ut cum est quemadmodum ad tria unum et duo, sic ad sex duo et quattuor, quae tamen quadripertita comprehenditur forma, quod bina ad singula referuntur, quod in oratione quoque nonnunquam reperietur, sicut Diomedes confertur Diomedibus, sic dicitur ab Hercules Herculi et Herculis, et ut haec ab uno capite, ab recto casu in duo obliquos discedunt, sic contra multa ab duobus capitibus recti casuum confluent in obliquom unum.*

longiorem locum, ut qua de re agatur quisque perspiciat nec in iudicando fallatur, descripsimus; de re nihil novi docuit Varro, eadem supra IX, 96—100 iisdem exemplis additis leguntur. *dispariliter . . quaedam verba* quid sibi velint, explicat IX, 99: *ex utraque parte verba omnia commutare syllabas oportere aut nullum*, alia enim non mutant, ut lego legi legam. apte igitur conveniunt *itaque reprehendunt . . quaedam verba*; quae sequuntur *natura cum quadruplex . . pluris item deleta verbo dixi* quod male inculcatum est, integram exhibent sententiam; infeliciter Müller primam vocem correctam praece-

*) [ego facilius mihi visus sum scribere: *Qui mortalis [aeque] atque urbes beluasque omnis iuvat.* A. Sp.]

**) quadruplex forma requiritur, unde *Lex Legi* Müller addidit, idem ego conieceram, sed praepositum; poterat vero etiam *Grex Gregi, Rex Regi* scribi; utrum enim vocalis corripiatur an producat, hic nullius est momenti; illud tamen probabilius est.

denti adiunxit sententiae sic: *itaque reprehendunt . . . naturam. cum . . .* hoc ut faceret, vulgata quae nullo auctore idem vocabulum repetit *sit natura analogia* deceptus est. Ceterum ab initio perfectum activae et passivae formae tempus solum indicandum est, quaeritur vero de *item haec catus*, vulgata *item necatus* ex coniectura dedit, quod literis accedit et similia verba pungendi, tundendi, necandi, verberandi cumulat, quibus infra *amatus* male respondet; idem et hic requiritur, quod etiam supra IX, 97 exempli vicem tenet. scrib. *item amatus sum*; antiquo correctori in his *verberatus* latere videbatur, et male ut supra futurum quoque tempus addidit. At qui sententiarum est nexus? deleto verbo *est* haec coniungenda videntur . . . *et cum recte sit ideo legi et legebam, non recte [est] legi ad legi, . . . iniuria reprehendunt*; tamen quo minus hoc probe dictum probarem, verba *itaque reprehendunt . . . verba* quae ibi sola stare non possunt, monuerunt. Quod saepius in his libris factum est et supra X, 19 O. Müller egregio exemplo ostendit versus esse disiectos, qui recte coniuncti integram reddant sententiam, id hoc loco accidit; res ipsa integram sententiam sic procedere docet, seclisis quae male inculcata sunt, ut natura textus appareat:

nam cum sint verba alia infecti, ut lego [et] legis, alia perfecti, ut legi [et] legisti, et debeant sui cuiusque generis in coniungendo copulari, et cum recte sit ideo legi [et] legebam, non recte est lego [ad] legi, quod legi significat quod perfectum, ut haec tutudi, pupugi, [tundo pungo, tundam pungam], item amatus sum [verberatus sum, verberabor]: itaque quod reprehendunt qui contra analogias dicunt, cur dispariliter in tribus temporibus dicantur quaedam verba, iniuria reprehendunt, quod et infecti inter se similia sunt et perfecti inter se . . .

hanc sententiae formam praetulimus, ne si deleto *est* ceteris sic coniunctis apodosis sit, *iniuria reprehendunt, qui contra analogias . . . quaedam verba, quod et infecti inter se similia sunt . . .* necessario vocabula *itaque reprehendunt* delenda essent. sub finem exempla laudantur quibus ex uno recto casu duos obliquos et ex duobus rectis unum obliquum fieri posse demonstratur; ego olim *Diomedis et supplevi*, quod Müller probat negans gravius inesse mendum, quod *Diomedes et Hercules* et singularis et pluralis numeri casus rectus sit; id falsum est, nam heterocliton eiusdem numeri sive singularis sive multitudinis flagitatur, quorum alterum supra VIII, 26 legitur *utrum Herculi an Herculis clava dici oporteat*; reddenda igitur erit quadripartita forma quod in oratione quoque nonnumquam reperitur sic, ut *Diomedes confertur Diomedis et Diomedis, sic [dicitur ab] Hercules Herculi et Herculis*, si modo ferendum est nude positum istud *confertur* pro vulgari sic, ut *dicitur ab Diomedes . . . sic ab Hercules . . .* In postremis verbis *ab uno capite, ab recto casu*, ut F ante correcturam exhibet, alii cum F corr. *capite ab recto* praebent, respondent postea *a duobus*

capitibus re
casibus, et
positio negl
Nova
versus i
ponuntur, q
sunt non re
apud
que he
cum id

supplendo,
illustrare au
et mihi ami
tessine quod
superstes in
similiter § 5
poetae verbus
media librari
tanquam lyn
Bacchae. in
cidisse in usq
versum Cicero

Alexanim
servavit, conf

§ 24 de
agrestis
his e lan
ferunt f
dentis e
nutam e
ramus
vocabulu

quemadmodum
intelligat, pri
sunt, exhibeat

agrestis
e lana
velamen
ac flore
dentis e

vix credas ta
verba exponat
cuius ingeniu
ipse B haec

capitibus recti casuum, ubi genitivus offendit, ut reddendum sit *rectis casibus*, et si supra non *ac*, sed *ab* verum est, ne hic quidem praepositio negligenda erit.

Novam corrigendi difficultatem liber VII praebet, quo poetarum versus i. e. vocabula quae Varroni memoratu digna videbantur exponuntur, qui aequalibus satis noti, a nobis, quibus opera unde sumpti sunt non restant, restitui nequeunt. quis v. c. VII, 98:

apud Plautum, quia ego antehac te amavi valet constitui, itaque heres cum constituit se heredem esse dicitur cernere, et cum id fecit, crevisse

supplendo, nam intercidisse quaedam verbum quod explicatur docet, illustrare auderet, nisi Cistellariae pars nobis servata post *amavi* verba *et mihi amicam esse crevi* intercidisse doceret? nec § 106 *In casinea* *ēssine quod lubet id faciat* facile quisquam inveniatur id quod fabula superstes in *Casina sine amet, sine quod* . . reponendum esse monet; similiter § 57 ex Trinummo quae desunt propter simile desinens, nam poetae verbum, quod Varro explicat, repetitum legitur, quo factum ut media librorum oculi omitterent. § 87 *apud Pacium flexanima* *tamquam lymphata dicta a lymphā* . . *Bacchi et Liber, cuius comites Bacchae*. inter repetitum *lymphata*, quod explanatur, quaedam intercidisse in iisque nomen Bacchi fuisse ex Varronis verbis patet, integrum versus Cicero de divin. 1, 80:

flexanima tamquam lymphata aut Bacchi sacris commota
servavit, conf. Accii versus § 11.

§ 24 deest folium, tum F sic pergit:

agrestis ab agro dictas apparet infulas hostiis quod velamenta his e lana quae adduntur infulae itaque tum quod ad sepulchrum ferunt frondem ac flores, addidit non lanas sed velatas frondentis comas cornua taurum umbram iaci dicere apparet cornutam a cornibus, cornua a curvare dicta quod pleraque curvamus Ac quas memorant nosce nos ēē camenarum priscum vocabulum ita natum ac scriptum est . .

quemadmodum Varronis verba sine causa male mutata fuerint ut quis intelligat, primos versus quales Laeti editio princeps, quam ceteri secuti sunt, exhibeat, referam:

agrestis ab agro, Infulas dictas apparet, quod velamenta hostiis e lana quae adduntur dicuntur infulae, intra hostiarum cornua velamenta erant: Itaque nunc cum ad sepulchrum ferunt frondes ac flores addunt non lanas: ideo Nevius ait sed velatas frondentis comas . .

vix credas tantam interpolationem nasci potuisse; nam cuius poetae verba exponantur incertum est; eius nomen in lacuna latet, et nescio cuius ingenium Naevium in Laeti editione (nullum in M vestigium et ipse B haec ignorat) procuderit; nisi certa esset codicis F auctoritas,

omnes Naevio applauderent. Iuvenili studio ductus,*) qui vetustam lectionem restitui, male poetae esse quae Varronis sunt verba finxi *frondem ac flores addidit*, nec Müller mutavit. poeta infulas exornans scripsisse videtur:

non lana sed velatas frondenti coma;

priora sana nec *infulatas hostias*, quod Müller dedit, corrigendum. incerta vero sunt quae sequuntur; non novum est exemplum quod Müller excogitavit:

in cornuatam tauram umbram iaci,

nec intelligi potest, sed eiusdem exempli a Varrone supra in iis quae desiderantur laudati amplior expositio, in quo erant verba *cornuatam umbram iaci*, male corrupta in *cornua taurum*; hoc quae praecedunt suadent, et glossator Laeti supra *infulae intra hostiarum cornua velamenta erant* inserens intellexisse videtur. ut vocabulum *agrestis*, sic alia quae in illis versibus inerant, more suo explicat, conf. § 44, 50, 87, 96. Deinde in *curvamus Ac latere curva. Musas* vel *Musae* Scaliger perspexit, sed hexametrum explere non contigit; nam quae docti excogitarunt memoratu digna non sunt, vid. Vahlen. accedit Bergk corrigens:

Musae quas memorant Osci nostrique Camenas,

qui unde hoc audierit et quid Ennium ut Romanos id doceret moverit nescio; ultimum versus vocabulum *Camenas* propter sequens *Camenarum* intercidissee apparet, nec cetera valde corrupta videntur; fortasse erit qui sine mutatione vel paucis additis litteris aptum sensum elucere magno supercilio nos moneat, sed sanum editorem argutias captare non decet, id interpretes curent, quibus aliquid nescire nefas est.

§ 48. *Apud Ennium quaeque in corpore causa caeruleo faelo orta nare ceptat, cava cortina dicta, quod est inter terram et caelum ad similitudinem cortinae Apollinis; ea a corde, quod inde sortes primae existimatae.* vides haec corruptissime tradita esse; interpretatur Varro, quid sit in Ennii versu *cava cortina*, quare nisi plura intercidissee credas, quod Augustinus, qui ante *cava* inseruit *Desunt quaedam*, censet, in *orta nare ceptat* certissime *cortina receptat* latet. sed etiam *cava* versui inerat, itaque Scaliger Pii correctioni *freto* confisus, nihil deesse dicens:

quaeque freto cava caeruleo cortina receptat

verum sibi restituisse visus est; scriptis libris destitutus verba *in corpore causa* casu in editione principe intercidissee vir optimus scire non potuit, quae in omnibus codicibus servata primus reduxi; invenerat autem Turnebus in Victoriano suo corrigens:

cava quaeque in

corpore caeruleo caeli cortina receptat.

*) similiter § 66 prosae orationis verba in numeros cinxeram, quod ipse postea cognovi, Müller non vidit, Ritschl vero Mus. Rhen. X, 446 iure castigavit.

mendum
quaeque
post haec

probatque
dixeris, n
tam aut p

Si v
abuti non
versus § 1
illum act
fabrilis e
Lachmann

ad postrem
praecedit

^{o r}
scenabis e
egregie M
recipere n

§ 62

trames a
quantas i
corpus.

librarius

quod nota

dedit quid

momenti es

datur, sic

alii excita

alii vibice

interpretati

gatum, sed

vivices alt

trochaicis

sed simple

etiam a te

explere qu

paragogicae

tramited e

tramitis d

(*) recte
dexterâ vi
iambo vers
viâ), impro

mendum est in faelo et desunt quae integrum reddant versum, sed illa quaeque in corpore causa quomodo coniungenda sint, non apparet, ut post haec quaedam desiderari conicias; Müller edidit:

quae cava corpore caeruleo cortina receptat

probatque Vahlen Enn. v. 9. quis vero haec probabilia putet? talia dixeris, ne tacuisse videaris; lacera poetae membra ne attingas, si certam aut probabilem medicinam afferre nescies.

Si versus nulla lacuna laborat, interdum feliciter ingenio uti licet, abuti non licet; nolo carminis Saliaris fragmentum VII, 26 tangere aut versus § 104 supra memoratos, sed § 68 *In Nervolaria scobinam ego illum actutum adrasi enim. scobinam a scobe; lima enim materia fabrilis est*, ubi Müller *ad raserim*, cui *actutum* parum convenit. Lachmannum scribentem:

scobina n̄ ego illum actutum adraso senem

ad postremum vocabulum quod attinet, verum vidisse puto, ut quod praecedit exemplum § 67 *In Cesistione distribula ut de lumbo ob-*
scenabis cerastribula ut Opilius scribit circum coxendices sunt bovis, egregie Müller *obscoena viscera*, *stribula* correxit, quod in textum recipere non dubitavimus.

§ 62 *In parasito pigro domum ire coepi tramite dextra via. trames a transverso dictus. In fugitivis agerge, spectavi devivices quantas iam inspexi quidem esset vivices. alii excitatum verberibus corpus.* in his coniungendum esse *specta vide vivices* unus alterve librarius apographorum vidit; *quidem* compendio scriptum solus F, quod notandum, nam ceteri *quid* vel *quod*, ut quivis quod Scaliger dedit *quid est?* corrigat respondentis verba et nullius istas vivices momenti esse momentis, nam plura intercideris quibus illud *esset* defendatur, sic fere . . . *Inspexi quidem. quid esset (essent) vivices alii . . . alii excitatum* probabile non est, *alii* vero sensu caret. an fuit *vivices*, *alii vibices?* at hoc monitu indignum est, etiam *excitatum* offendit et interpretatio inepta est; nam *vibices* non sunt corpus verberibus castigatum, sed insunt in corpore, et tamen fortasse Varro nil scripsit nisi *vivices alte excitatum verberibus corpus.* ab initio versus Turnebus trochaicis numeris qui animo commoto conveniunt *age respecta* scripsit, sed simplex verbum praestat, melius *age, age, specta* Scaliger, poterat etiam *a tergo* vel *age ergo* dici. in Parasiti versu *dextera* numeros explere quivis videt, idque G, Bentinus et Müller praebent; litterae paragogaicae amasii aliam medelam praeferent, etiamsi Bothii numeros *tramited extra viam* reprobant, Bothius se ipse non male correxit *tramitis dextra via* scribens; itaque servavi *dextra*.*)

[*] recte se habet *tramitē dextra via* producta e finali. illud *trāmite dexterā via* et propter vocabulum dactylicum (*tramite*) et propter duos iambo versum terminantes, isto modo inter vocabula distributos (*dextērā viā*), improbandum.
A. Sp.J

§ 16 *Titanis dicta quod eam genuit ut ni Plautus latoea ut scribit Manilius est coe creata titano, ut idem scribit Latona parit casta complexu Iovis. delia dōs geminos id est Apollinem et Dianam. dīi quod titanis deliadae eadem.*

in his recte *coe creata* Müller mutavit in *Coeo creata*, quod ipse videram, sed non versus sunt verba, quod ego male finxi et ille retinuit. admodum mirum est *ut ni Plautus* (F *plaut*; quod est *plautus*, non *plaut*, ut M dedit); quod si Varro re vera Plauto auctore ulitur nec maior inest corruptio, id ad vocabulum *Lato* pro *Latona* pertinet; tum fortasse non improbandum *ut inquit Plautus*, ne ter scribit verbum solemne in hac re repetatur; absolute *inquit* Graecorum modo *φησὶ* legimus VIII, 70, IX, 48, alibi *inquam* dicit. *Delia dōs* (sic F) est *Deliades* vel *Deliadas* idque occasione data more suo in iis quae sequuntur explicat, in quibus item male versus vestigia olim invenisse mihi visus eram; postrema *deliadae eadē* (sic F) nihil nisi *Deliades* significant litteris male repetitis, ut quae intercederint quis ipse non monitus intelligat. totum igitur locum sic refigendum esse opinor:

Titanis dicta quod eam genuit, ut in(quit) Plautus, Lato; ea, ut scribit Manilius, est Coeo creata titano, ut idem scribit:

*Latona parit casta complexu Iovis
Deliadas geminos*

id est Apollinem et Dianam; dīi quod Titanis (Deli eos peperit) Deliades.

Lachmannum *ut in Plocio Lato, ea* corrigentem versus

*Latona parit casta complexu
Iovis Deliadas geminos* ~ ~ ~

restituisse, postrema vero verba *dīi quod Titanis deliadae eadem* ex margine translata et delenda esse censuisse tradit Mommsen, quae omnia praeter *Deliadas* improbabilia esse dico.

§ 19 *Ennii Areopagitae quid dedere quam pudam? Areopagitae ab Areopago, is locus Athenis.*

Musae quae pedibus magnum pulsatis Olympum, caelum dicunt Graeci Olympum, montem in Macedonia omnes, a quo potius puto dictas Musas Olympiadas.

criticis persuasit Scaliger, etiam G. Hermanno, priorem versum ex Aeschylī Eumenid. v. 684:

*Ἄρει δ' ἔθρον, ἔνθεν ἔστ' ἐπόνημος
πέτρα πάρος τ' Ἄρειος*

translatum esse, sed quae ipse aliique protulimus, nemo probare potest, nec felicius fuit Müller, qui illa aetate in Eumenidum fabula exagitatus nescio quid egregie invenisse sibi visus

Areopagitae quidem dedere aequam pugnam
maiores tetrametri partem edidit, interpretationem scilicet verborum 784:

*οὐ γὰρ νενίκησθ' ἀλλ' ἰσόψηφος δίκη
ἐξήλθ' ἀληθῶς.*

nam versus
num; alibi
quit nec in
nos non ex
interpretatio
dicere? quid
donia, a qu
§ 37
dictum a Ta
sint, in his

simplicem nu
tatos esse m
denno in qu
etate dicam,
dicet? debeb
sensus apertu
in his unum
si sanus est,
ῥῆγμα δ'
ῥῆγμα. Me
infernus loque
at hoc non e
latet, fortasse

§ 96
apud

obscenum dic
in pluribus v
dicunt sceptr
saeniscia ac
a quo Lucili

quare turpe i
potest vel a
suspenditur,
ea dicta ab
auspicio exis
Aut sinistra q
scean. Quae
dicitur os me

*) (ego ali
Olympum a m
**) (conf. C
Il Abth. S. 455

nam versus aperte senarius est et vocabulum *pugnam* ab hac re alienum; alibi meliore iudicio quae prorsus corrupta et incerta sunt reliquit nec in his silentium tenere dedecus est; alterius versus Musae nos non exercent, quemadmodum supra ex § 26, nam integer est, sed interpretatio laborat; quid enim illud omnes Graecos caelum Olympum dicere? quid porro illud *potius*? sed corrigendum esse *montem in Macedonia*, a quo omnes poetis puto dictas *Musas Olympiadas* appareat. *)

§ 37 *Corpore tartarino prognata paluda virago, tartarino dictum a Tartaro. Plato in IIII de fluminibus apud inferos quae sint, in his unum Tartarum appellat, quare Tartari origo graeca.*

simplicem numerum IIII librarios alios IIII, alios ut V p IIII interpretatos esse mirum non est, sed Mullachium Democriti fragm. p. 97 denuo in quarto probasse valde miror; quis enim ne de Thrasylli aetate dicam, vulgare *Plato in Phaedone* respuet et *Plato in quarto* dicet? debebat certe ut intelligi posset addere *primae tetralogiae*. sensus apertus est et ipse eum dudum explicui, praef. XLIV de verbis in his unum dubitans. coniunctivus *sint* pro *sunt*, quod Aldus dedit, si sanus est, probari potest, quod Platonis verba indicat p. 116 Bkk. *τυγχάνει δ' ἀρα ὄντα ἐν τοῦτοις τοῖς πολλοῖς τέτταρ' αἴτια ἕνευματα*. Mullach l. l. emendat *Plato in quarto de fluminibus apud inferos loquens hiatum, in quem se effundunt, Tartarum appellat*. at hoc non est emendare sed explicando interpolare. mendum in unum latet, fortasse *sinum* corrigendum cavationem et voraginem. **)

§ 96 in F et apographis sic servatus:

apud Matium:

obsceni interpretis funestique om̄s auctor

obscenum dictum ab scena, ea ut Graeci aut Accius scribit scaena; in pluribus verbis a ante e alii ponunt, alii non, ut quod partim dicunt sceptrum, alii Plauti faeneratricem, alii foeneratricem, sic faenisicia ac foenisicia, ac rustici pappum maesium, non moesium, a quo Lucilius scribit:

Cecilius ne rusticus fiat,

quare turpe ideo observorum quod nisi in scaenam palam non dedit. potest vel ab eo quod puerilis turpicula res in collo quaedam suspenditur, ne quid obsit ubonae scevae causa scevola appellata. ea dicta ab scaeva id est sinistra, quod quae sinistra sunt bona auspicia existimantur, a quo dicitur comitia aliudve quid sit dixi Aut sinistra quae nunc est, id a greco est, quod hi sinistram vocant scean. Quae quod dixi scevum omen est omen turpe, quod unde id dicitur os mene quod extritum.

*) [ego aliam emendandi viam ingressus in editione scripsi *dicunt Graeci Olympum a montis in Macedonia nomine, a quo potius*. A. Sp.]

**) [conf. Christ Platon. Stud. Abh. d. b. Ak. d. W. 1885 I Cl. XVII Bd. II Abth. S. 455 f.]

versus integer est, nisi quod *omnis* (sic vel *omnes* etiam apographa) in *omnis* corrigendum esse et res et numeri docent, nemo tamen ante Victorium et Augustinum hoc indicavit; interpretatio vero multum corrupta, ita tamen ut fere recte restitui possit. Verba Varronis V, 97 *Ircus quod Savini fircus, quod illis fedus, in Latio rure edus; qui in urbe ut in multis A addito aedus*, quemadmodum exempla refingenda sint ostendunt, h. e. rusticos scena, sceptrum, feneratricem, fenisicia, Mesium, urbanos vero inserta littera A pronuntiasse et scripsisse. *ea ut Graeci aut Accius scribit scena sana non sunt*, nec probabile quod Müller invenit *ea ut Graeci σκηνή*, ut *Accius scribit scena*, multo minus probabile Lachmanni commentum *Obscenum dictum a scena .E. ut Graeci aut Accius scribit scaenam*. Varro simpliciter scripsisse videtur *ab scaena aut graece ut Accius scribit scena*. haec quidem aperta usque ad Lucilii versum, cuius, quod integer non est, sensus incertus; fortasse: vide ne Caecilius, qui Cecilius pronuntiat, rusticus fiat. ex Diomed. p. 452 K. *detractione . . litterae, ut si detracta a littera pretor dicamus, ut Lucilius pretor ne rusticus fiat, cum debeat ae pronuntiarum praetor Scaliger Caecilius praetor, Müller Cecilius pretor correxit. quare turpe* h. l. stare non possunt, nulla enim praecedat res qua id ostenditur; id apparet ex iis quae sequuntur, postposita igitur locum mutant, *scaevola appellata* ea res turpicula; id alibi non traditum Laetum movit, ut audacter *inde Scaevola appellatus* reponeret; Cod. B et Scioppius haec omittunt, sed quae sequuntur ad rem turpiculam, non ad nomen pertinent, et singularia notanda, non corrigenda aut delenda sunt. *a quo dicitur comitia aliudve quid dixi aut sinistra quae nunc est* sic F et plerique omnes, nisi quod G *dixit* scribit (graviter in h. l. lapsus est Victorius;*) formulae verba precantis videntur in comitiis aliisque rebus adhibita, in qua *dixi*, quod Laetus omisit, ex inferioribus translatus, aut a Turnebo feliciter in *avi* restitutum est. optime *scevum* in *obscaenum* mutavit Müller, sed disiuncta sunt in poetae versu *obscaeni interpret* et *funesti ominis auctor*; falsum ergo est *quare quod dixi obscaenum omen est omen turpe*, ominis enim mentionem non fecit et coniungendum *quare quod dixi obscaenum turpe*, atque hoc vocabulo exposito iam more suo ad aliud eiusdem versus, ad *omen* transit: *omen est osmen quod . . . totus locus igitur sic reddendus est:*

apud Matium.

*obscaeni interpret funestique ominis auctor,
obscaenum dictum ab scaena, aut graece, ut Accius scribit, scena.
in pluribus verbis A ante E alii ponunt, alii non, ut quod partim*

*) edit. princ. *a quo dicuntur comitia aliudve quid sit aut sinistra*, post *sit* Victorius ex F *dr* i. e. *dicitur* inseruit idque in loco corrupto prior editio nostra exhibuit. at in F est *dixi*, illud *dr* vero ibi apparet ab initio pro *dicuntur*, quod Laetus sua auctoritate propter *comitia* edidit; idem sine auctoritate (nam omnes libri verbum tenent) sed iure puto *dixi* delevit.

dicunt
fenerat
non M

ideo ot
turpe;
suspend
lata.

bona a
[dixi]
sinistra
osmen,

§
primo
versum
etiam p
potus h
et forta
In
memora

scortari
obson
natam
nec tra
obsonat
suisse

Plauti
co
Varro
3, 95,

scribit
libri re
ut VII,

ubi Rit

der bay
**
et post
ticio
videbit
extat,
8

dicunt [scaeptrum, partim] sceptrum alii Plauti faeneratricem, alii feneratricem, sic faenisicia ac fenisicia, ac rustici pappum Mesium, non Maesium, a quo Lucilius scribit:

Caecilius (pretor) ne rusticus fiat.

ideo obscaenum, quod nisi in scaena palam dici non decet, quare turpe; potest vel ab eo quod pueris turpicula res in collo quaedam suspenditur, ne quid obsit iis bonae scaevae causa, scaevola appellata. ea dicta ab scaeva, id est sinistra, quod quae sinistra sunt bona auspicia existimantur, a quo dicitur comitia aliudve quid sit [dixi] avi sinistra quae (qua?) nunc est. id a graeco quod hi sinistram *σκαίαν*. quare quod dixi obscaenum turpe. Omen est osmen, quod unde id dicitur os osmen, e quo S extritum.

§ 77 Apud Plautum in Parasito pigro, inde hic de nepotus primo crepusculo, ubi Pius bene potus quod probum videtur, correxit; versum Scaliger explet primulo crepusculo ut in Cas. v. 40, sed quod etiam primo cum crepusculo vel transposito pronomine inde bene potus hic primo crepusculo esse potest, plura mutare ausus non sum, et fortasse sunt qui bene potus verum esse dubitent.

Interdum Varronis lectio distat a scriptorum libris, quorum maxime memorabilis locus est § 84 ex Terentii Adelph. I, 2, 37:

scortatur, potat, olet unguenta de meo.

scortari est saepius meretriculam ducere . . . ubi Terentii libri omnes obsonat, potat praebent, quam varietatem Varronis memoriae lapsu natam putant. cum verbum scortari multis dedita opera exponatur nec transeundo illatum sit, Varronem in Terentii libris scortatur, non obsonat invenisse mihi certum est; posteriores honestius verbum reposuisse videntur. *) § 81 Pseudoli versus 955:

ut transversus, non proversus cedit quasi cancer solet

Plauti libri non prorsus verum ex transverso. In Trinummi v. 886:

concubium sit noctis, priusquam ad postremum perveneris

Varro VII, 78 ad omittit. semel ipse Varro in eodem versu Asin. III, 3, 95, variat, certe F VI, 7:

videbitur, factum volo, redito conticinio

scribit et VII, 79 . . . volo ad reditum, i. e. at redi tum, *) Plauti libri redito huc conticinio. Alia notanda magis quam mutanda sunt, ut VII, 12:

quis pater aut cognatus volet nos contra lueri?

ubi Ritschl iambicos numeros fingit:

quis nos pater aut cognatus volet

*) [hac de re cur aliter videatur iudicandum esse exposui Sitzungsber. der bayr. Akad. d. Wissensch. phil. hist. Cl. 1885 S. 268—271. ASP.]

**) [nisi forte librarii mendum est, redito vocabulo in reditum corrupto et postea ad addito, ut Varronis memoriae sic inhaeserint verba redito conticinio omissio huc. ceterum hoc quoque notandum quod altero loco VII, 79 videbitur a Varrone scriptum est cum Plauti libris, altero VI, 7, ubi F non extat, videbimus. ASP.]

Contra tueri?

aut § 53:

risi egomet mecum cassabundum ire ebrium

pro *cāsabundum*, de quo tamen dubitare licet; nam inserto vocabulo, quod accusativus suadet, vulgares numeri restituuntur. sed § 31:

vetus adagio est, o P. Scipio

ubi Bergk dicit: „man muss *est obscurior* verbessern“, unde haec dira necessitas venerit non video. Interdum etiam distinctio laborat et quibus verbis poetae versus incipiat ambigitur, ut VI, 80 *hinc visenda, vigilant, vigilium, invident et atticum illud oblivio lavet, qui incidit invidendum*. verba videndi ipsa non certa, et cum in F *atti* ultimum versus vocabulum sit, cum Lachmanno *Atti* retinueram, ut *cum illud* poetae verba esse viderentur, quod minime probabile; nam *oblivio . . in invidendum* integrum et apertum sensum reddunt nec ista *cum illud* huc pertinent, potius notum aliquod cuiuscunque dictum, id quod alii iam viderunt, indicant.

[Quae sequuntur ex commentatione de emend. rat. l. d. l. l.
MDCCCLVIII scripta p. 8—14 repetita sunt.]

Varronis codicem F correctoris manu qualis in B apparet, quod genus hominum his litteris maxime perniciosum et erat et est, dedita opera non emendatum, vel ut rectius dicamus corruptum esse supra monuimus; nihilo minus vero a librariis et legentibus haud raro verba, quibus obscuram sententiam explanarent, male addita esse Prisciani auctoritate, qui longiorem locum de aeris et argenti nummis integre transtulit, confirmavimus.¹⁾ quod si id genus emblemata detecta reserantur, integra scriptoris manus adest, cuius rei exemplum extat IX, 66, ubi Varro causam, cur *populus* in aliis vocabulis multitudinis numerum adhibeat, in aliis fugiat, docte explicat:

item qui reprehendunt, quod non dicatur ut Unguentum Unguenta, Vinum, Vina, sic Acetum Aceta, Garum Gara, faciunt imperite, qui ibi desiderant multitudinis vocabulum, quae sub mensuram ac pondera potius quam sub numerum succedunt; nam in plumbo [oleo] argento,²⁾ cum incrementum accessit, dicimus [enim multum oleum] sic: multum plumbum, argentum, non [multa olea] plumba, argenta, cum quae ex hisce fiant

1) Ueber die Kritik der Varron. Bücher de l. lat. 12—15. conf. supra p. LXV sq. huiusmodi glossemata quae dicuntur casu magis quam consilio invecta in nullo veterum scriptore desunt.

2) *argento* corr. vulg., *aceto* libri, illud verum esse verba *plumbea* et *argentea* docent; adde infra demum vocabula quae sub mensuram succedunt notari; praeponit ergo exempla quae sub pondus cadunt.

di
id
ite
Fa
s
vin
ali
nu
cri
eiu
Qu
cu
ea
totum lo
male ad
illis omi
quibus
quaedam
[dicuntur
olim in
unguent
plere lic
tur resti

He
cu
est
dic
ba
hu
cum ine
omnino
ribus m

Qu
ut
via
ha
dic
ven
dec

- 1) v
- 2) s
- 3) s

*dicamus Plumbea et Argentea; aliud enim cum argenteum; nam id tum cum iam vas; argenteum enim, si pocillum aut quid item; quod pocilla multa argentea, 1) non quod argenteum multum. Ea natura in quibus est mensura, non numerus, si genera in se habent plura et ea in usum venerunt, a genere multo, sic vina et unguenta, dicta; alii generis enim vinum quod Chio, aliud quod Lesbo, sic ex regionibus aliis; quae ipsa dicuntur nunc melius unguenta, cui nunc genera aliquot. Si item discrimina magna essent olei et aceti et sic ceterarum rerum eiusmodi in usu communi, dicerentur sic olea et * * vina. Quare in utraque denique rescindere conantur analogiam et 2) cum in dissimili usu similia vocabula quaerant, 3) et cum item ea quae metimur atque ea quae numeramus dici putent oportere.*

totum locum quem examinarem descripsimus; quae inclusimus verba male addita sunt ab eo qui Varronem non intellexit, cuius argumentum illis omissis et dilucidum et firmum est. quod sequitur *ea natura in quibus est mensura* sanum non est, scrib. *ea autem in*; desunt vero quaedam paulo post quae sensum expleant, v. c. *a genere multo [dicuntur multitudinis numero], sic. tum corruptum illud quae ipsa olim in quare ipsa mutavimus, sed praestare videtur: itaque ipsa . . unguenta quam unguentum, cui. lacunam a nobis indicatam certo explorare licet sic Olea et [Aceta, ut] Vina, nec minus certe quae sequuntur restituas: quare in utraque re inique rescindere conantur.*

IX, 100:

Item male conferunt Fui Sum Ero, quod Fui est perfectum, cuius series sibi ut debet [in omnibus personis] constat, quod est Fueram Fui Fuero; de infectis Sum quod nunc dicitur, olim dicebatur Esum et in omnibus personis constabat, quod dicebatur Esum Es Est, Eram Eras Erat, Ero Eris Erit; sic huiusmodi cetera omnia servare analogiam videbis.

cum ineptum sit supra *personis*, Vertranius addidit *et formis*; at ibi omnino de *personis* non loquitur, sed de temporibus; verba ex inferioribus male translata inclusimus.

X, 43:

Quod dico apertius sic fiet. Esto sic expositos esse numeros, ut in primo versu sit unum duo quattuor, in secundo decem viginti quadraginta, in tertio centum ducenti quadringenti. In hac formula numerorum duo inerunt quos dixi λόγοι, qui diversas faciant analogias, unus duplex qui est in obliquis versibus, quod est ut unus ad duo, sic duo ad quattuor; alter decemplex in directis ordinibus, quod est ut unus ad decem,

1) vulgo *argentea multa*, quae sensus causa transposuimus.

2) sic vulgo; *analogiam sed libri*, in quo fort. est *analogias* et.

3) sic scripsimus, *quaerunt libri*.

sic decem ad centum. Similiter in verborum declinationibus est bivium, quod et ab recto casu in recto, ita ut formulam similiter efficiant, quod sit primo versu hic *Albus*, huic *Albo*, huius *Albi*, secundo haec *Alba*, huic *Albae*, huius *Albae*, tertio hoc *Album*, huic *Albo*, huius *Albi*. Itaque fiunt per obliquas declinationes ex his analogiae hoc genus: *Albius Atrius*, *Albio Atrio*, per directas declinationes *Albius Atrius*, *Albia Atria*, quae scilicet erit particula ex illa vicenaria [atria quae scilicet] centenaria formula analogiarum, de qua supra dixi.

omnia describenda erant, ut recte iudicari posset. Lacunam quae est in verbis ab recto casu in recto optime et vidit et explevit Müller: ab recto casu [declinatur in obliquom et ab recto casu] in rectum. Alteram vero lacunam quam vulg. postea indicavit: hoc genus. Desunt quaedam. *Albius* nullam esse alibi demonstravimus. In iis quae sequuntur Augustinus in vulg. scripsit ex illa ducennaria, tria quae scilicet centenaria, Müller concinnitatem captans transpositis vocabulis: *Albius Atrius*, *Albio Atrio*, quae scilicet erit particula ex illa binaria per directas declinationes *Albius Atrius*, *Albia Atria*, quae scilicet centenaria formula, ubi nec res convenit et repetitum scilicet a Varronis more abhorret; schema vero hoc est

obliqui versus

| | | | |
|----------------|-----|-----|-----|
| | 1 | 2 | 4 |
| directi versus | 10 | 20 | 40 |
| | 100 | 200 | 400 |

nos verba male repetita inclusimus, et scribendum est ex illa denaria et centenaria formula. sic alteram integram formulam refert, sed quaerere licet, an non centenaria mala sit emendatione illatum; nam ut supra dixit unus duplex . . alter decemplex, sic hic nihil requirimus nisi: quae scilicet erit particula ex denaria formula analogiarum, de qua supra dixi.

Huic errorum generi, quo librarii verba male repetebant, quibus deletis iam integer fit locus, contrarium est aliud genus; saepissime enim propter simile cadens vel desinens oculi aberrantes media verba omittebant, nec fere folium est, quod non exempla praebeat, ut ex Varrone longam liceat segetem colligere. Saepe sensus ipse lacunam indicat, et haud raro iam Pomponius Laetus ex ingenio quae deerant addidit, sed non ita ut causa, h. e. illud *ὁμοιοτέλετον*, appareret, quod Müller melius refingens correxit. VIII, 58 de participiis contra analogiam haec dicuntur:

Pr

sin

vo

se

sen

qu

no

bis

[*er*

est

in

con

et

non

sup

tran

alia

bula

amb

in his eg

loquor e

erant, n

vantur, c

venans v

cidisse ap

quor

unde illa

lam

quanta s

restituend

Pra

quo

quo

id i

1) se

2) ho

emergit et

3) im

4) am

addita sun

itaque et

5) sic

orierit G

6) for

7) cu

Praeterea cum sint ab eadem origine verborum vocabula dissimilia superiorum, quod simul habent casus et tempora, quo vocantur participia, et nulla sint contraria, ut amor amo¹⁾, seco secor²⁾, ab amo et eiusmodi omnibus verbis oriuntur praesens, et futurum, et amans et amaturus, ab eis verbis tertium quod debet³⁾ fingi praeteriti in lingua latina reperiri non potest; non est ergo analogia. sic ab amor et legor et eiusmodi verbis vocabulum eius generis praeteriti temporis fit, ut amatus⁴⁾ [eram sum ero], neque praeteriti et futuri ab his fit . . non est ergo analogia, praesertim cum tantus numerus vocabulorum in eo genere introierit⁵⁾, quod dicimus. in his verbis quae contraria non habent, loquor⁶⁾ et venor, tamen dicimus loquens et venans, locuturus et venaturus, quod secundum analogias non est, quoniam dicimus loquor et venor, unde illa erant superiora eminens servantur, quod [cum]⁷⁾ ex his quae contraria verba non habent alia efficiunt terna, ut ea quae dixi, alia bina, ut ea quae dicam currens ambulans, cursurus ambulaturus; tertia enim praeteriti non sunt, ut cursus [sum], ambulatus [sum].

in his egregie correxerit Laetus loquor et venor unde, nam in libris est loquor et venerunt de, sed male idem relativum inseruit illa quae erant, nec Müller locum expedivit: unde illa superiora minus servantur, quod. superiora sunt praesentis et futuri participia loquens et venans verbi activi quod non in consuetudine est, quare quaedam intercidisse apparet sic restituenda:

quoniam dicimus loquor et venor, [non loquo et veno], unde illa erant superiora. eo minus servantur, quod ex his.

Iam his disceptatis unum alterumve exemplum exhibeamus, ut quanta seges supersit appareat doctorumque ingenia ad hos libros restituendos incitentur.

V, 90 rei militaris vocabula explicantur:

Praesidium dictum qui extra castra praesidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset. Obsidium dictum ab obsidendo, quo minus hostis egredi posset inde; item ab absidendo, cum id ideo facerent, quo facilius deminuerent hostis.

1) scrib. amo, amor.

2) hoc verbo non utitur Varro; reponendum est quod statim infra emergit et alibi saepe invenitur lego, legor.

3) immo debebat.

4) amatus recte corr. Laetus, amaturus libri, sed eram sum ero male addita sunt, nam de participiis, non de finitis verbis haec omnia dicuntur; itaque et in fine sum bis inclusimus.

5) sic H, quod verum videtur, int orierit F, intus orierit M V p, inter orierit G a, interierit Laetus.

6) fort. habent ut loquor.

7) cum inclusit Müller.

in his *praesidium qui*, nam sic F cum plerisque, recte dictum est, sed magis ex usu scriptoris nostri Hb *praesidium dictum quod*, male vero *quia* edidit Laetus; hoc enim vocabulum Varro non admittit. postrema verba corrupta sunt, nec varietate lectionis quae adest quidquam proficimus, *ab absidendo* F, *ab obsidendo* GHVp, *ab asidendo* a, *ab assidendo* Scioppius, *ab absidendo* Veneta. saepe Varro dubius a pluribus vocabulis derivat verbum cuius originem indicare vult, modo *aut*, modo *alii*, modo *potest vel hinc* vel simile addens, nunquam vero *item*; nam hoc absurdum est. Adde mirum illud *inde* quod praecedit; unde? ex loco scilicet in quo hostis inclusus obsidetur; at hoc non adest, neque sic contra rationem Varro scribere solet; et si probes hanc sententiam, tamen falsa est; non enim quo facilius deminuant hostis, sed ut tollant et devincant obsident. quare probe tenendum illud *inde* non in libris legi, sed ex ingenio correctoris B in ordinem ab Antonio Augustino illatum esse; F enim et ceteri omnes praebent *in die*, corrupte sane, sed ut vestigia veri remaneant, quod si inveneris, reliqua quoque omnia aperta sunt; scripsit vero Varro:

*obsidium dictum ab obsidendo, quo minus hostis egredi posset.
insidiae item ab sedendo, cum id ideo facerent, quo facilius
deminuerent hostis.*

exponit iam subsidium, auxilium, praesidium, obsidium, insidiae; potes *sidendo* retinere, sed vulgatum verbum *sedendo* praetuli.

VI, 94 postquam antiquum vocabulum *inlicium* exemplis confirmavit, haec addit:

*quare non est dubium, quin hoc inlicium sit, quom circum
muros itur, ut populus inliciatum ad magistratus conspectum,
qui consul vocari potest in eum locum, unde vox ad concionem
vocantis exaudiri possit:*

in his sensu carent verba *qui consul vocari potest*, sed *consul* Laetus dedit ex coniectura, in F ceterisque est *ros*, quod male *cos*. esse censuit; sensum restituit Müller, *qui Quirites vocare potest* emendans; at facilior est medicina, ut ne littera quidem mutetur, si quae sunt praecedentis vocabuli duae litterae repetantur; latet enim in illo *quiros* dilucide *qui viros*; est vero hoc idem quod populum convocare; Macrobius I, 16: *vitabant veteres ad viros vocandos etiam dies qui essent notati rebus adversis; vitabant etiam feriis, sicut Varro in augurum libris scripsit in haec verba: viros vocare feriis non oportet; si vocavit, piaculum esto.* hoc quoque exemplum libros Varronis corrupte quidem, sed fideliter descriptos esse ostendit; quod si librarius codicis F monstrum illud *ros* non servasset, sed Laeti ingenio usus in *consul* mutasset, verum, quod a principis editoris tempore usque ad nostram aetatem nemo invenit, etiam in futurum lateret. Similis error est X, 53:

facil
que,
lunta
Varro
quare
eiusm

portio
logia.

propo

graeco

paret

scrips

graeco

inveni

Varro

bulum

taria

naria

non a

et ce

est.

magis

edidit

auxili

cideru

logias

fungu

in qu
quam

Qui initia faciet analogiae impositiones, ab his obliquas figuras declinare debet; qui naturam, contra; qui ab utraque, reliquas declinationes ab eiusmodi transitibus.

facile quidem scripseris *ab utroque*, quod praecedat in tertio *ab utroque*, sed supra legitur § 51: *analogia fundamenta habet aut a voluntate hominum, aut a natura verborum, aut a re utraque*, nec Varro dicit reliquae declinationes quae praeter casum rectum sunt, quare hic reddendum: *qui ab utraque re, obliquas declinationes ab eiusmodi transitibus.*)*

Paulo supra X, 37: *Sequitur tertius locus quae sit ratio proportionis, quae a Graecis vocatur ἀνάλογον, ab analogo dicta analogia.* haec sana sunt, sed Augustinus de suo dedit; in F enim est *proportione agrece*, idque ceteri quoque servant praeter a, qui a *graeco* exhibet, quod Laetus quoque edidit; relativum nusquam apparet; sed etiam a *graeco* correctoris est, et verum latet in *agrece*, scripsit enim *proportione. ea graece vocatur.* Ceterum recte veteres graecos vocabulum ἀνάλογον non declinasse, et in recentioribus solis inveniri ἀναλόγων, ἀναλόγω ad Philodemum monuimus, quare et Varroni reddendum est *ab analogon dicta analogia.* Idem vocabulum corruptum legitur VIII, 55 *quoniam . . ab unguento unguentaria dicitur, ἀναλογικῶς si essent vocabula, ubi caro venit, carnaria . . diceretur.* graeca verba, quae usus latinus respuit, Varro non admittit, et adverbium istud ex B correctione illatum est; in F et ceteris omnibus *analogion* legitur, unde *analogon* scribendum est. ceterum correctori Laetus praecessit, qui VIII, 35 *eo etiam magis analogicos dissimilia finguntur* suo Marte satis infeliciter edidit; debebat enim potius ἀνωμαλῶς dici, sed libri ignorant illud auxilium, in quibus est: *eo iam magis analogias dissimilia; intercederunt ibi quaedam verba quae sententiam integram reddant ut analogias [esse negandum, quod non modo ab similibus] dissimilia finguntur.*

VIII, 7 de voluntaria declinatione:

Qui si nonnunquam offendunt, non est mirum; etenim illi qui primi nomina imposuerunt rebus, fortasse an in quibusdam sint lapsi; voluisse enim putant singularis res notare, ut ex his in multitudinem declinarentur, ab Homine Homines; sic mares liberos [voluisse notari], ut ex his feminae declinarentur, ut est ab Terentio Terentia; sic in recto casu quas imponerent voces, ut illinc essent futurae quo declinarentur; sed haec in omnibus tenere nequisse, quod et una et dicuntur Scopae, et mas et femina Aquila, et recto et obliquo vocabulo Vis.

in quibus plura sunt, quae offendant; Varro enim concinnitatem sequitur quam hic neglectam reperimus; cur in primo exemplo nude est *ab*

*) aliter LSp in editione.

Homine Homines, in secundo ut est ab Terentio Terentia, et quod maioris est momenti, cur tertii generis exemplum desideratur? num intercidit, an alius illa duo de suo adscripsit? Varronem ipsum inconstantem fuisse mihi non persuadeo. verba voluisse notari Scioppius recte omisisse videtur, sed quid est ut illinc essent futurae quo declinarentur? quid est quod non dicat id quod requirimus ut illinc obliqui vel in obliquos declinarentur? an scripsit esset futurum quo, vel potius, cum casus indicare velit, ut illinc essent futuri (futurei) quo declinarentur? et illud quo Varrone haud indignum non videtur mutandum esse. deinde scripsit Müller quod et unae dicuntur Scopae; facile probaveris hanc coniectionem, sed vulgatam defendit VIII, 35 cum trinae fuerint Athenae, ab una dicti Athenaei, ab altera . . . a tertia Athenopolitae. nam non dicitur Athena, et tamen id fingitur, quare et nostro loco probum est, quod et una, et dicitur Scopae, nam hoc requiro; Denique postremum vocabulum notandum est; nam genitivi usum Varronis auctoritate confirmari credas, sed hoc exemplo non utitur, reponendum id quod alibi offert obliquo vocabulo Ovis. VIII, 46 an communi ut Iovis item coniceres ovis, nisi potius haec verba ut inepta delenda essent.

IX, 43:

Quod dicunt, simile sit necne nomen nomini, imprudenter Aristarchum praecipere oportere spectare non solum ex recto, sed etiam ex eorum vocandi casu; esset enim deridiculum, si similes inter se parentes sint de filiis iudicare, qui errant quod non ab eo obliquis casibus fit, ut recti simili facie ostendantur, sed propter eos facilius perspici similitudo potest eorum, quam vim habeant, ut lucerna in tenebris allata non faciat, quae ibi sunt posita similia sint, sed ut videantur quae sunt quoius dissint.

in his spectari, h. e. spectare, item esse enim, non esset scribendum esse nos argumentis confirmare opus non est, neque de filiis iudicatur, sed e filiis iudicare, errant; gravius est ab eo obliquis casibus latine non dici, recte vero ab eorum obliquis casibus. Postrema sensus ut verbis inesset, scripsit ex B Augustinus quae sint quaeve desint; haec vero multum a litteris recedunt, quas leviter in codice mutatas esse vidimus, ut quo vehementior sit medicina, eo improbabiliorem esse correctionem evincas; in his certo apparet id quod scripsit: ut lucerna in tenebris allata non facit, ut quae ibi sint posita similia sint, sed ut videantur quae sunt, quoiusmodi sint.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

LOC

lib.

lib.

INDEX

LOCORUM DE QUIBUS IN HAC PRAEFATIONE DISPUTATUM EST.

| | |
|---|--|
| <p>lib. V § 2 praef. p. LXX</p> <p>18 . . . LXXI</p> <p>36 . . . LXX sq.</p> <p>44 . . . LXVII</p> <p>65 . . . LXXI sq.</p> <p>73 . . . VIII adn. 1</p> <p>74 . . . XXVI sq.</p> <p>87 . . . LXIX</p> <p>88 . . . LXIX</p> <p>90 . . . LXXXV sq.</p> <p>92 . . . XXXII</p> <p>105 sqq. . . XXXVII sq.</p> <p>112 . . . LXVIII</p> <p>117 . . . LXX et XXXII</p> <p>118—128 . . . XXXVIII sq.</p> <p>123 . . . XXX</p> <p>132 . . . VII</p> <p>143 . . . XXXI</p> <p>165 . . . XXXIX</p> <p>166 . . . XXX</p> <p>169—174 . . . LXV</p> | <p>lib. VI § 50 praef. p. LXX</p> <p>59 . . . LXV</p> <p>61 . . . LXX</p> <p>62 . . . LXX</p> <p>79 . . . XL sq.</p> <p>80 . . . LXXXII</p> <p>84 . . . XLI adn.</p> <p>86 . . . XLI</p> <p>94 . . . LXXXVI</p> |
| <p>lib. VI § 2 . . . XX sq.</p> <p>4 . . . LXVII</p> <p>8 . . . XXXI sq.</p> <p>12 . . . VIII sq.</p> <p>18 . . . LXVIII</p> <p>21 . . . LXVIII</p> <p>24 . . . LXVII</p> <p>31 . . . XXXII</p> <p>36 . . . XXXII</p> <p>41 . . . XXXII</p> <p>43 . . . XXXII</p> <p>43—51 . . . XXXIX sq.</p> <p>49 . . . LXX</p> | <p>lib. VII § 5 . . . XLII sq.</p> <p>7 . . . LXVII</p> <p>12 . . . LXXXI sq.</p> <p>16 . . . LXXXVIII</p> <p>19 . . . LXXVIII sq.</p> <p>24 sq . . . LXXV sq.</p> <p>26 . . . LXVIII</p> <p>31 . . . LXXXII</p> <p>37 . . . LXXIX</p> <p>43 . . . XV</p> <p>47 . . . XLVII adn.</p> <p>48 . . . LXXXVI</p> <p>53 . . . LXXXII</p> <p>57 . . . XXXI</p> <p>59 . . . XLIV adn.</p> <p>62 . . . LXXXVII</p> <p>64 . . . XLVII</p> <p>66 . . . LXXXVI adn.</p> <p>67 . . . LXXXVII</p> <p>68 . . . LXXXVII</p> <p>77 . . . LXXXI</p> <p>79 . . . LXXXI</p> <p>84 . . . LXXXI</p> <p>99 . . . LXXXIX sqq.</p> <p>103 . . . XLV adn. et XLVI adn. 1</p> |

| | | | |
|-----------------------|-----------------------------|--------------------|----------------------------------|
| lib. VII § 103—104 p. | XLVIII sq. | lib. IX § 23 . . . | p. XXVI |
| 103—106 . . . | XLVIII | 33 . . . | XLVI adn |
| 104 . . . | XLVIII et XLVI adn. 2 | 34 . . . | XXXI |
| 109 . . . | XI adn. | 43 . . . | LXXXVIII |
| | | 45—48 . . . | LVII adn. 2 |
| lib. VIII § 1 . . . | LXVII bis | 49 . . . | LVIII adn. 1 et LX et LXI sq. |
| 7 . . . | LXXXVII sq. | 66 . . . | LXXXII |
| 16 . . . | L adn. | 70 . . . | LVIII adn. 2 |
| 23 . . . | XXVI | 73 . . . | LXVII |
| 34 . . . | LI adn. | 81 . . . | LIX adn. |
| 52 . . . | LII adn. 2 | 100 . . . | LXXXIII |
| 55 . . . | LXXXVII | 114 . . . | LXII adn. 3 |
| 58 . . . | LXXXIV sq. | lib. X § 30 . . . | LXIII adn. |
| 67 . . . | LIII adn. 1 | 34 . . . | LXIV adn. |
| 72 . . . | LIII adn. 2 | 37 . . . | XXXIII et LXXXVII |
| 79 . . . | LIV adn. | 43 . . . | LXXXIII sq. |
| 80 . . . | LIV | 45—50 . . . | LXXXIII sq. |
| lib. IX § 6 . . . | XLVI adn. | 83 . . . | LXV adn. 1 |
| 20 . . . | LVI adn. | | |
| | Varro de r. r. III, 1 . . . | praef. p. | LXVII |
| | Nonius p. 471 . . . | | XLI sq. |
| | ad Herennium I, 16 . . . | | LXVIII |

Addenda et corrigenda.

- p. 17 vers. 4 Luc. Müller Q. Ennius p. 145 adn. 1: *tradiderunt et ab eo Latium.*
- p. 23 v. 4 (= V § 56) lege *partis quoque quattuor.* cf. quae dixi Bemerk. z. Varro d. l. l. Sitzungsb. d. b. Acad. d. W. 1885 ph. hist. Cl. p. 255. 258.
- p. 25 v. 4 sic ponenda erant verba: *causa nascendi duplex.* cf. ibid. p. 257.
- p. 25 adnot. ad v. 7 dele *haud dubie.* cf. IX § 54.
- p. 40 v. 12 scribe *hostis pro hostiis.*
- p. 96 v. 19 adde § 66.
- p. 114 adn. ad v. 14 adde quod scriptum est in praefationis meae adnotatione.
- p. 115 v. 2 (= VII, 3) sic pone: *post XV annos.*
- p. 133, 3 (= VII, 36) Luc. Müller Q. Ennius p. 27 adn. 1: *ut de poetis,* coll. VI, 52.
- p. 162 adn. ad v. 16 lege *cum ceteris pro cum alleris.*
- p. 218 v. 5 adde § 69.
- Theodori Bergki coniecturae, quae in hac editione ex singulis eius disputationibus allatae sunt, nunc collectae inveniuntur in eius Opusc. I. ind. loc. p. 717 sq.

CCVI
CCVII ad
CCXII
CCXVII
CCXVIII ad
CCXIX ad
CCXX ad
CCXXII
CCXXIII ad
CCXXVII
CCXXIX ad
CCXXXIII
CCXXXVII ad
CCXXXVIII ad
CCXXXIX ad
CCXLIII et
CCXLVII
CCXLVIII ad
CCXLIX ad
CCCLII ad
CCCLIII ad
CCCLIV ad
CCCLXIII et
CCCLXVII
CCCLXVIII ad
CCCLXIX ad
CCCLXXI ad

et ad

Bernick.
hist. Cl.

p. 25.

ad ad-

poetis;

dispo-
in eis